



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Articv-||lorvm Doctrinae Fra||tris Martini Lutheri per
theologos || Louanienses damnator[um] Ratio**

Latomus, Jacobus


Antuerpiæ, 1521

urn:nbn:de:hbz:466:1-35725




Th. 1015.







ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN



ARTICV

LORVM DOCTRINAE FRA
 tris Martini Lutheri per theologos
 Louanienses damnatoꝝ Ratio
 ex sacris literis, & veteribus
 tractatoribus, per Iacobum
 Latomū sacre theologie
 professorem,

ARTIOV
LORDS STUARTE
an Mann Lagen per theolog
I de Korte dunnung
Lage in 18
Lage in 18
Lage in 18
Lage in 18
Lage in 18

IACOBVS LA

TOMVS, RODOLPHO DE MONCKEDAMIS

Theologiae Licenciato Gouden, vicepastori, S.P.D.



Itto tibi Rod, charissime articuloꝝ a Louaniensibus theologis damnatorum ratione, quam proximis vacationibus publice reddidi, partim amicorum precibus, partim inimicorum detractionibus compulsus. Isti cum sine causa damnatos esse calumniabantur, Illi vero instrui petebant, quid responderent dicentibus, a nobis ea

damnata, quae aut non lecta, aut non intellecta, aut denique a sanctis patribus tradita essent tanquam pia & catholica. Neque de erant, qui charitatis ordinem praetermissum esse causarunt in damnando eum, qui non prius monitus aut conuictus fuisset, cuius & mores praedicarentur, quique se disputare fateretur. Quae quae ea ratio modo minus necessaria est, quam nostrum factum sedes apostolica comprobauit, aduersus vero partis facta & scripta reprobaui. Quonia tamen non desunt adhuc, qui Lutheri & suorum scriptis velut fascinati arbitrentur Lutherum scripturae & veterum auctoritate niti, nos contra solis recentiorum scriptis incubere, licet eandem veritatis semitam utriusque sequatur, roes & testimonia ex scriptura & veteribus solis collegi, atque scripturam ipsam ac veteres tractatores a Luthero non sincere tractata fuisse demonstrare conatus sum, sed quam feliciter tu iudicabis. Atque ut melius facultatis theologiae concilium intelligas, quam breuissime poterit rei ordinem referam. supra duos annos cum Lutheri liber impressus & undique diuulgatus, ad manus venisset, essetque propter multorum rumores de mala doctrina vehementer suspectus, diligenter a singulis facultatis magistris priuatim lectus est, & in conuentu omnium pluries examinatus, sicque tandem communi concilio aliquot articuli ad verbum excerpti sunt qui suffi-

qui sufficere videbantur, Nam omnes colligere longum erat
& non necessarium. Quoniam autem in re tanta nolebat fa-
cultas inniti sue prudentie, simul quia diuulgatum erat, licet fal-
so, vt postea compertum est, q̄ reuerendissimus dominus Leo
diensis isti doctrine faueret, misit ad eum tres magistros, quos
ille pro sua singulari humanitate benignissime accepit, quib⁹
in verbo sacerdotis asseruit, Lutheri librum sibi non visum neq̄
lectum, tamen aberat vt rei periculosę & ignotę faueret, quin sicut
Episcopum decet omnem operam suam pollicitus est, &
(quę est eius presens memoria) cum retulisset, qualem suc-
cessum habuisset causa Reuchliniana, quę tunc adhuc Ro-
mę indecisa pendebat, Licet in eius damnationem quinq̄
vniuersitates concordarent, quarum tandem iudiciũ sedes apo-
stolica comprobauit, consuluit vt condemnatio priusq̄ euulga-
retur reuerendissimo cardinali Derthufensi examinanda mitte-
retur, vt illius prudentia & auctoritate munita exiret in lu-
cem. Quale autem iudicium tulerit ille, epistola in fronte con-
demnationis impressa patefacit. Hinc cernis q̄ mature &
minime precipitanter sit in hoc negotio processum, q̄q̄ lectori
minus docto aut occupato merito sufficere debuit, ne Luthe-
ri erroribus temere assentiretur. Quis autem vir bonus esse dicitur,
nihil contra nos, qui virum malum non diximus, sed qualiscũq̄
est, constat eum scripsisse non bona, Non enim eum damna-
uimus, sed eius errores, Eratq̄ superfluum peculiariter mone-
re, quem libri iam orbi diuulgati non cessurũ esse monenti de-
clarabant, fueratq̄ ab alijs frustra p̄monitus. Licet enim sedi
Apostolicę sua scripta initio verbotenus submitteret, tamen
oculato lectori satis apparebat, eum obfirmato animo scribere
id quod luce clarius euentus declarauit. Magis necessariũ vi-
sum fuit celeriter occurrere incendio schismatis vel rebelliois,
anteq̄ latius serperet, q̄ scrupulose agere de eo qui supposuit
incendium, in quo si cessatum non esset, non tot experiremur
ad nouitates & rebelliones concitari, vt magnopere metuendũ
sit (quod deus auertat) ne iura & leges conculcentur, & alia
nefanda subsequantur. Eius quoq̄ scripta qualis ipse sit, satis
ostendunt, & q̄ procul distet ab ea, quam p̄dicat Evangelica
modestia.

modestia, inter que est responsio ad condemnationē nostram,
vbi inter alia calūniatur a nobis damnatū esse hanc propositio-
nem. Sancti non vixerunt absq; peccato, quem sequitur quidā
discipulus, vbi miror eos nō metuere orbis iudiciū, qui testis
est nos damnaſſe conſequens malę, conſequentię non antece-
dens, & nihilominus eiufmodi cōuitijs nos inſequitur, quali-
bus nemo probus viliffimum hominē afficeret, nihil p̄termit-
tit eorum que dici poſſent in hominē trunco ſtupidiorē, vt
vix potuerim adduci, vt ab eo ſcriptam crederē, & niſi amici
eius faterentur nullatenus crediturus, que tamen tanto magis
ęquanimit̄ ferimus, q̄ expedire arbitramur, vt taliter mūdo
innotefcat, q̄ ea nobis eſſe cōmunia cum ſummo pontifice,
cōcilijs generalibus, & vniuerſitatibus, cernimus. Q̄ vero di-
citur diſputare nihil eum adiuuat, quia teſte beato Leone in
rebus fidei iam determinatis, diſputatio, qua certa & determi-
nata in dubium reuocentur, admittenda non eſt. Leonis ver-
ba ſunt epiſtola xxi. quę eſt ad Martianum Auguſtum. Ne
cuiusq; procaci impudentiq; verſutia, qualiſde incerto, quid ſe-
quendum ſit finatis inquire, & cum ab Euangelica Apoſto-
ſtolicaq; doctrina, nec vno quidem verbo liceat diſſidere, aut
aliter de ſcripturis diuinis ſapere, q̄ beati Apoſtoli & patres
noſtri didicerunt atq; docuerunt, nunc demum indiſciplinatę
moueantur & impie queſtiones, quas olim mox eas per apta
ſibi corda diabolus excirauit, per diſcipulos veritatis ſp̄ſ ſan-
ctus extinxit. Et ad eundem epiſtola ſequenti Per ipſum do-
minum Ieſum Chriſtum, qui regni veſtri eſt auctor & rector
obreſtor & obſecro clementiam veſtram, vt in preſenti ſyno-
do fidem, quam beati patres noſtri ab Apoſtoliſ ſibi traditam
p̄dicarunt, non patiamini qualiſ dubiam retractari, & quę
olim maiorum ſunt auctoritate damnata, rediuiuis non per-
mittatis conatibus excitari. Et epiſtola xxvij. quam ſcribit ſy-
nodo Calcedonenſi inter cetera dicit, Fratres chariſſimi reie-
cta penitus audacia diſputandi contra fidem diuinitus inſpi-
rata, vana errantium infidelitas conquieſcat, nec liceat defendi
quod non licet credi. Et epiſtola liij. quę eſt ad Leonem Au-
guſtum, Detestandum nobis eſt perſeueranterq; vitandum,
quod

quod fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem pie & plene definita reuocanda sunt ne ad arbitrium damnatorum ipsi de hijs videamur ambigere, quæ manifestum est per omnia Euangelicis & Propheticis auctoritatibus consonare. Vnde si qui sunt qui ab hijs, quæ coelitus sunt constituta dissentiunt, suis opinionibus relinquuntur, & ab vnitate ecclesiæ cum ea quam elegerè peruersitate discedant, Nam nullo modo fieri potest, vt qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Ex istis ostenditur, non eo quenquam excusari, qd se dicat disputare, nec indifferenter admittendum quemlibet ad disputandum, siquidem & Arrius Pelagius Nestorius Vtices dicebant se disputare, sed quoniam fraudulenter, & pertinaciter ad disputandum accedebant, non subditi fidei & scripturæ (a maioribus nostri patefacta, & sufficienter diffinita veritate) admissi non sunt. Talem autem disputatorem sese exhibet Lutherus, vt videre licet ex omnibus pene scriptis, maxime ex posterioribus, in quibus est resolutio conclusionum Lipsiæ disputatarum, quarum vnã tractauit, qd primum articulum a nobis damnatum concernat. Nec te debet offendere prolixitas. Singulis enim rationibus & testimonijs plene respondendum fuit atq; ostendendum qd scripturæ & sanctorum verbis abutatur etiam in capitulo in quo serio triumphare videtur, cui dum fuerit sufficienter satisfactum, quantum fidendum sit alijs eius capitulis prudens lector intelliget. Nec ei quod de disputationibus dictum est, simile aliquid habent icholasticorum doctorum de rebus certis questiones vt verbi gratia An deus sit vnus, An spiritus sanctus procedat a patre & filio, An mundus sit æternus & huiusmodi. Querunt enim non ambigentes, sed exercitij eruditionis & veritatis declarandæ gratia, atq; tanquam soluturi quæ contraria videntur, propter quæ minus eruditi in hesitationem aliquam adduci possent. Aliter eum querit Philosophus gentilis, An deus sit vnus, Aliter THOMAS aut SCOTVS, Ille reuera dubitans aut negans, Isti vt certo credentes

credentes, & contra negantes defensuri. Et aliter querit
ARRIVS, An filius patri sit æqualis, aut consubstan-
tialis. Aliter AVGVSTINVS. Ille enim tanquam ne-
gaturus, iste certo credens & defensurus. Secus est igitur
de scholasticorum disputationibus, & eorum qui re-
uera dubitantes aut nō credētes a maioribus tradita & deter-
minata cōuellere nitūt. Qz aut dicit, nos in Luthero dānare
q̄ apud Augustinū & Cypria, & alios orthodoxos vt pia
leguntur, constanter negamus. Nam illos viros LVTHE-
RO contraria dicere & sentire non obscure, non obiter,
non raro, aut dum aliud agunt, sed palam, sed ex animo
sed frequenter, satis arbitror ostensum, neq; quenquam la-
tet qui illos cum intellectu legerit. Si igitur non sint di-
cturi tantos viros pugnancia asserere, ac sibiipsis contra-
dicere, fateatur oportet nequaquam eadem cum LVTHE-
RO dicere. Nam ex testimonijs per LVTHERV M
citatis in confirmationem primi articuli ne vnum quidem
est quod pro citante faciat, testes enim incorrupti verita-
ti adsunt, & contra citantem pro veritate loquuntur, vt ex
antecedentibus & consequentibus & ipsius dictionis filo
ostendi de citatis ex Aug. Hiero. & Gre. Qui vero in Luthero
erratis candidi lectoris requirunt cōnvenientiam, rem non
egquam postulant. Non em̄ ad huiusmōi errata cōnuiendū est
que sic in veritatis prejudiciū assumuntur, vt totius operis
sint finis & principiu, & veluti totius doctrine bases & fun-
damēta, & in quibus nō simpliciter errat, nec cauta sollicitudi-
ne vitas querit. Illis em̄ tanq; serpētis caput admissis totū cor-
pus sequi necesse ē: Nā q̄s lector fuit Aug. candidior, q̄ arria-
norū Pelagianorū ac reliq; hereticorū libros, multa quidē sa-
lubria viuēdi p̄cepta cōtinētes, ac multū eruditōis tam rerū
q̄ vborū p̄ se ferētes legēs, errata nō dissimulabat, probe no-
uerat eos nō simpliciter errare, sed errores suos p̄tinaci animo
sitate tueri, atq; multorū bñdictorū p̄textu legētū animis il-
los inferere. Igit̄ vir sanctus vt erat aīo integerrimo atq; p̄spi-
cacissimo sagacit̄ singlā discutiebat, dephēdebat, eruebat, cō-
uicebat, & ip̄i Origenis libri, Tertuliani & sim̄ q̄ ml̄ta bo-
na cōtinēbat

continebant: propter quæ tamen non dissimulauerunt catho-
lici & orthodoxi patres, quo minus libere & aperte errata co-
arguerent ac damnarent, scientes q̄ modicum fermenti totã
massam corrumpit. Imo talis aliquis error hominis alijs eius-
dem auctoris auctoritatem aufert. Vnde Hilarius in expositi-
one canonis in Mattheum de Tertuliano, dicit. Subsequens
error hominis detraxit scriptis probabilibus auctoritatem, lo-
quitur de illius hæresi, propter quam recessit ab ecclesia. Per
idem responsum est illis, qui morbis suis patronos q̄ medicos
malunt, ac suis erroribus velamen prætereendere volentes, in san-
ctis doctoribus veluti neuos inquirunt dicentes, errauit Cy-
prius & in errore perseueras, martyrio coronatus est, erra-
uerunt & alij qui vt orthodoxi leguntur. Aliud longe est er-
rare, aliud hæreticum aut schismaticum esse, vnde tritum est
Aug. dictum Errare potero, hæreticus non ero. In hijs igitur
probabiliter aut excusabiliter erratur, quæ adhuc ambigua
sunt & indecisa, dum is qui errat est corrigi paratus, huiusmo-
di erat error Cypri. (si tamen hoc sensit) de rebaptizandis ijs
qui ab hæreticis baptizati erant, Augustini in epistola ad Vin-
centium donatistam verba sunt. Porro autem Cypri, aut non
sensit omnino quod eum sensisse recitatis, aut hoc postea cor-
rexit in regula veritatis, aut hunc quasi neuum sui candidissi-
mi pectoris cooperuit vberibus charitatis, dum vnitatem eccle-
siae toto orbe crescentis & copiosissime defendit, & perseue-
rantissime tenuit vinculum pacis. Scriptum est enim charitas
cooperit multitudinem peccatorum. Accescit huc etiam, q̄
tantq̄ sarmentum fructuosissimum si quid in eo fuerat emen-
dandum, purgavit pater falce passionis. Sarmentum autem
(ait dominus) quod inime facit fructum, purgat illud pater
meus vt maiorem fructum afferat, Vnde: nisi quia hærens
in diffusionem vitis radicem non deseruit vnitatis. Nam & si
traderet corpus suum vt arderet, charitatem autem non habe-
ret, nihil ei prodesset, hucusq̄ Aug. Hunc vides cuiusmodi er-
rata in catholicis patribus ferenda sint, aut reprobanda qui-
dem illa citra aliorum benedictorum præiudicium, quæ & a
posteris leguntur non ad exemplum, sed ad cautelam vt ne-
mo q̄tuis

mo cōtinuis doctus vel ingeniosus in rebus difficilibus si
bi confidat, quando tantos veritatis amatores, & inquisitores
in quibusdam lapsos esse conspiciat, ac sic fugiat pertinaciam,
quæ sola errori addita hæreticum facit, & sine qua excusabi
liter erratur. Vnde & Augustinus libro de baptismo, aliquo
modo concilij prouincialis a Cypriano celebrati errorem ex
cusat, quomodo non excusat partem Donati, longo post Cy
prianum tempore, q̄ tunc totius orbis plenario concilio res
in qua probabiliter errabat Cypri, decisa esset, Qui vero ma
los libros ignibus tradi arbitratur esse nouum, & maioribus
incognitum, aduertant quod scribitur actuum. xix. Multi au
tem ex eis qui fuerant curiosa sectati contulerunt libros, &
combusserunt eos coram omnibus, & computatis precijs il
lorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta
miliū. Vnde & Leo primus priscilianistarum codices com
burendos esse decreuit, vt habetur epistola. lxxi. capite. xv. v
bi inter cætera dicit. Curandum est & sacerdotali diligentia
maxime prouidendum, vt falsati codices, & a sincera verita
te discordes, in nullo vsu lectionis habeantur. Apocryphæ au
tem scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum
habent seminarium falsitatum, non solum interdiciendæ, sed eti
am penitus auferendæ sunt atq; ignibus concremandæ, & in
fra. Si quis episcoporum apocryphas haberi per domos non
prohibuerit, vel sub Canonicoꝝ nomine eos codices permi
serit legi, qui prisciliani adulterina sunt emendatione corrupti
hæreticū se nouerit iudicandū, quoniā qui alium ab errore nō
reuocat seipsum errare demonstrat, hæc ille. Notetur hoc ca
pitulum & propter eos qui piaculū esse putant bona cū ma
lis simul cōcremare, quia hic Leo ignibus tradendos esse de
cernit codices Canonicos ab hæreticis deprauatos, vel etiam
libros apocryhos propter seminaria falsitatum, in quibus tamē
negari nō potest multa vera inesse. Cum em̄ id sit non dam
nantur vera, sed necessaria seueritate vnus punitione multo
rum saluti prouidetur. Secus esset si illa vera & bona nus
q̄ sincera remanerent. Ad eos vero qui Lutherū censent esse
serendū, q̄ libere & palam vitia carpat, abusus reprehendar,
b i alijs

alijs fere tacentibus, vel etiam excusare paratis, dicunt enim, Romæ est religionis neglectus, illic auaritiæ, ambitioni, luxui seruitur, illic dignitatum & officiorum venalitas est, reseruationes ac regulæ cancellariæ parum iustæ, puerorum atq; alias minus idoneorum ad summas dignitates promotio, & alia eius generis plura, quæ vti nam non etiam alibi apud principes terrenos, & ecclesiasticos reperirentur: Hæc enim vbi cunq; sint, si quis recte fieri defendat, merito reprehenditur: Nam nemo talia probat, nisi mente corruptus, aut cæcus. Sed ediuerso non minus fortasse reprehendendo peccatur, si modus non seruetur, vt si acerbius q̄ par est, si apud absentes, neccientes, simplices, aut non recte affectos. Regulariter em̄ principum, prælatorum ecclesiasticorum, aut religiosorum, apud populum acerba reprehensio non solum inutilis est, sed nocua, q̄ ea neq; laici, neq; ecclesiastici, neq; subditi, neq; prælati meliores fiunt, sed vtriq; deteriores, dum istos modus offendit. Illi vero rebellionis, inobedienciæ, irreligiositatis, ac infidelitatis periculo exponuntur, dum sibi persuadent subditi, sese suis prælati esse meliores. Quid igitur omnino tacendum est? An erit contra ista, mutire nefas? Neq; omnino tacendum, neq; omnino loquendum, sed cum modo tacendū & loquendum. Stulti dum vitant vitia in contraria currunt. His grauissimis malis occurendum est, sed modo conuenienti. Illum vero dicere supra captum meum est. Quod audiui a quodam, qui mihi sapiens videbatur referam. Dicebat imprimis efficax sibi videri emendandæ curiæ Romanæ remedium, si principes, communitates, ordines, vniuersitates, & singuli deniq; subditi, quibus ea vitia displicent, desinant a Romano pontifice iniusta, & quæ etiam vltro oblata refutanda forent, postulare. Hac enim via maiori fiducia, vtpote a peccati participio immunes, pōtificem accederent, monerent, rogarent, obsecrarent, cum omni instantiâ & reuerentiâ, vt diuinitus sibi creditū principatū, diuinis legibus administret, curetq; sacris Canonibus suam reddi dignitatem, vtcq; in suo fonte puri, & illibati seruentur, atq; id fiat serio, instanter, concorditer. Et interim quod in Romanis carpimus, sedulo vitemus ipsi.

mus ipsi. Nā vt digna vox est, patere legē quā tuleris, ita satis insolens videtur, si in principe vitium non feras, quo tu laboras maxime cum in subditū recidat quicquid praelatus peccat, dicente Gre. Pro meritis subditorū disponitur vita praelatorū. Secundū locū tenere dicebat, feruentē & cōmunem ad deū orationem, q̄ impossibile sit multo rū preces nō exaudiri, & feruēs atq; humilis oratio cōelos penetret, qua petatur vt deus ecclesiae prouidere dignetur, pontificē & eos qui circa eum sunt cōuertat, illuminet, perficiat, idq; fiat pseueranter exēplo viduae euāgelicæ, quæ importunitate ab iniquo iudice extorsit, quod gratia neq̄bat, & illius importuni amici, qui intēpēsta nocte panes petēs pseuerabat pulsans, memores illius qui dicit, Oportet semper orare, & nō deficere. Qua via si occulto & iusto dei iudicio, nihil proficimus, reliqua est patientia, in qua animas nostras possidere iubemur, nihil em̄ aliud occurrebat, quod legitime fieri posse videretur. Nam vniuersale cōuocare conciliū (id em̄ vnū restare videtur) non ei cōueniens apparebat. Quis em̄ Papa nolente conuocabit? Qui nam cōuenient: vt nunc fere sunt episcopi, qui soli apud veteres cōgregabantur. Vnde & Aug. concilia episcoporū appellat. Postremo quomō fiet iste cōuentus, sine ecclesie catholice graui scissura? Non em̄ credibile est, ita ab omnibus Papam deserendū esse, vt nō aliquis potēs princeps cum eo sentiat, qui forsā sub ecclesiasticæ libertatis p̄textu, iniuriā vlcisci, aut ditionē extendere gaudebit, nec mala secutura exaggerare opus est. Tamē vt hæc omnia nihil sint, sed singula bene & concorditer fiant, sanctis & iustis legibus reformetur vniuersus Christianissimus, soluto cōuentu quis erit legum custos, transgressionū vindex? Nonne Romanus pontifex? Hæc ab illo audiui, & vera esse credo. Tandē ad eos veniamus, q̄ sine ratione a nobis dānata esse asserunt, a quibus imprimis scire velim vnde hoc nouerint. Nō em̄ cōtinuo facit, aut dicit sine ratione, q̄ dicti vel facti rationē non explicat cū nō raro eueniat, vt facti ratio ex magna ratione taceat. Quē admodū em̄ dux militi, medicus apothecario vel ægroto, & architectus manuoperario nō irrationabiliter p̄cipit, q̄uis p̄cepti

præcepti rationē apud se habeat & sibi seruet, ita & iudex ex
actis ferens sententiā, & iuris peritorū consilio, nō sine ratione
iudicat, tæcti ipsi sententiæ rationē non inserat. Deinde prop-
terea articuli ad verbū, vt libris cōtinebantur positi sunt, vt tã
docti q̄ indocti prima facie viderēt libros non bonos esse, in
quibus tam manifeste falsa cōtinerentur, aut si diffiderēt ad li-
bros recurrētes, vere an secus iudicatū sit deprehenderēt. Ad
de q̄ omnia fere dicta Lutheri a nobis reprehensa, opponū-
tur fidei principijs, aut saltē a maioribus nostris & ortho-
doxis patribus decisa, determinata, dānata, anathematizata sunt,
& quæ sacerdotē saltē ignorare non licet, q̄ sacris sint cōpre-
hensa Canonibus, vt illud deus præcipit impossibile dānatur
ab eo qui dicit. Qui dixerit deū præcepisse impossibile ana-
thematit, nec est q̄ excuset, ipse impossibile vocat id quod
est difficile, aut hominis vires excedit seclusa diuina gratia. Ip-
se etem taliter sese explicat sic infulcit & inculcat & tam ap-
te loquitur de primo decalogi mādato, de duobus vltimis, de
dilectione ex toto corde, vt ostēdat nemini talē gratiā in hac
vita cōcedi, qua ab illorū mandatorū trāsgressionē liber sit, q̄-
uis quibusdā illam trāsgressionē nō imputari fateatur. Et il-
lud in baptisato, post baptisimū peccatū remanet damnatū est
a magno Greg. ix, libro registri epistola, xxxix. Greg. verba
sunt, si qui vero sunt qui dicūt peccata in baptisimate super-
fici tenus dimitti, qd est hac prædicatione infidelius: in qua
ipsum fidei sacramentū festinant soluere, inter cætera probat
ex Euāgelio vbi dominus dicit. Qui lotus est nō indiget ni-
si vt pedes lauet, sed est mūdus totus. Totus em̄ mundus di-
ci nō potest cui de peccato aliquid remansit, sed nemo resistit
voci veritatis. Qui lotus est mundus est totus, nihil ergo de
peccati sui contagione remanet, quē totū fateatur mundū ipse
qui redemit, & infra, Si qui sunt igitur qui sub nomine Chri-
stiano hæc quæ diximus errorū capitula aut prædicare audēt
aut taciti apud semetipsos tenere, hos proculdubio & anathe-
matizamus & anathematizauimus. Cui hic credimus Greg:
an Martino Luthero: Et illud, Non omnia mortalia esse sa-
cerdoti cōfirienda, aut non esse conandū ad omnia recolligen-
da, Nōne

da. Nōne damnatū est a concilio generali: Nōne Christiano
sufficere debuit patrū auctoritas, ne impossibilia vel irrationa-
bilia illos statuisse p̄sumat asserere: Pariformiter dicendum
est de notatis per nos, circa satisfactiōē, contritiōē & pur-
gatoriū. Sunt em̄ expresse aut sentērialiter a sacris cōcilijs aut
pōtīficibus damnata, quibus si plus fidei adhibemus q̄ Mar-
tino, puto q̄ nemini faciamus iniuriā. Illud vero. Omne opus
bonū in sanctis viatoribus est peccatū. Aut idem opus simul
est bonū & peccatū tam est absurdū, vt nihil dici possit absur-
dus, & videtur directe cōtra illud symboli. Qui bona fece-
runt ibunt in vitam aternā. Bonū em̄ opus in habētibus cha-
ritatē est laude, p̄mio, gloria, immortalitate dignū, deo pla-
cens & acceptū. Peccatū vero cōtra vituperio, p̄na, cōfusio-
ne. Palliēt vt volunt, q̄tum volunt Lutheriani, ipse taliter sese
declarat, vt eorū tergiversationibus locū non relinquat. Hoc
nostrū est inexpiabile facinus, q̄ ista sine ratione dānasse vide-
mur, cum pudendū sit homini Christiano huiusmodi rationē
quærere. Et videāt qui talitū rationes tam instāter exigunt ne
seipos prodāt. Non nulla em̄ sunt de quibus dubitare scelus
est. Licet em̄ Louanienses Theologi nō eam sibi auctorita-
tem arrogēt, vt sine ratione sibi credi postūlēt, tamen quia ra-
tio quæ aduersarijs sufficeret paucis explicari nō poterat q̄
Romanorū Pontificū, vel sacrorū conciliorū auctoritatē non
recipiāt, sed tantum scripturæ, Germanū & natiuū sensum, &
soluēda erant omnia eorū allegata testimonia, quæ vt cernis
iusto volumine opus habēt. Facile erat vnū aut alterū scriptu-
ræ locū singulis aptare capitulis, sed quia hodie plurimi nu-
merare q̄ p̄derare malunt testimonia, facillimū fuisset quod
allegaretur q̄tumuis robustū & apertū in calūniā trahere,
cum sit vnum de potissimis in quibus Lutherus gloriatur, q̄
plurima alleget, aduersarij vero aut nihil aut paucissima, qua-
si nō sit vel nuda veritas munitissimę falsitati preferenda, aut
quali sit in multitudīne victoria belli. Cum sæpe quod Chry-
sostomus ait. Multitudine armentur, qui veritate nudati sunt.
Sed de hijs plus satis, adhibendus est modus epistolæ, quem
iam diu prætergressum esse me sentio, dum diutius tecū lo-
qui dele-

qui delectat. Hanc epistolam libello præpones, pro defensione
condemnationis, & ad placandos animos eorum, quos ipsa com-
mouit. Hæc pauca interim gratæ accipe Rodolphe charis-
sime, prope diem prodibunt alia aduersus ea, quæ indies Lu-
therus aut alij nomine eius emittunt peiora prioribus, cuius
modi est libellus qui præludium captiuitatis babilonicae vo-
catur, in quo apertissime loquitur nulla circuitione vsus, &
mea quidem sententia de sacramentis, de votis de
religionibus, de humanis legibus, &
matrimonijs, atque sacerdotio
grauissime & periculo-
sissime aut fallit,
aut fallit.
Vale
& catholicam veritatem defende, vt fa-
cis Louanij vltima
Decembris.

AD AUDITORES.



Non videtur necessariū articulo
rū reddere rationē, quos Theo-
logiæ facultas Louaniē, ex li-
bris fratris Mar. Lutheri, pœne
ad verbū excerptos, doctrinali-
ter dānauit, nā indoctis & sim-
plicibus sufficere debuit iudici-
um Reuerēdiss. cardinalis der-
thusensis, cuius probitas & sa-
pientia non mō libris p̄claris e-
ditis, sed & maximis rebus ge-
stis, orbi nota est, docti vero p̄ seip-
sos legētes, absurditatē eo-
rum deprehēdere potuerūt. Tamē ne qđ cōsilio factū est, im-
putetur penuriæ rationis, vt nō nulli calumniantur, decreui
(deo fauēte) his vacationibus eisdē p̄tractare, ostensurus pro
modulo ingenij, ex sacrarum litterarum auctoritate, ex vera
ratione, & veteribus Canonicis tractatoribus, quid veritatis
aut falsitatis cōtineant, & quoad fieri poterit absq̄ cuiusq̄ in-
sectatione, prolatis libris auditorū iudicio relicturus, bene an
male citet, recte an aliter probet sua dicta. Vestrū erit audito-
res optimi, in re tā pia & utili, primū mentes afferre puras ab
affectibus, & a partiū studio liberas, magisq̄ p̄sare qđ dicē-
tū quis dicat, deinde honestū conatū nostrū, suis ad deū pre-
cibus, & fauore, ac studio iuuare. Nā si res pro voto nostro
cesserit, & vos dignū iudicaueritis hæc in libelli formā redi-
gemus, sin autē nō fuerit dignū abūde nobis sufficiet doctio-
ribus occasionē dedisse. Valete.

Prim⁹ igit̄ articul⁹, quē Mar. ponit in declaratione cōclusi-
onis, xvij. Opus bonū optime factū est veniale peccatū, ac
latius explicat in resolutione cōclusionū Lipsiæ disputatarū
cōclusionē. ij. cū dicit, In bono peccare hoīem, & peccatū ve-
niale nō natura sua, sed dei mīa solū esse tale, aut ī puero post
baptismū peccatū remanēs negare, hoc est Paulū & Christū
simul cōculcare, vbi sicut ipse explicat intēdit. Omne opus bo-
nū esse p̄ctm, & qđ in vno & eodē op̄sit act⁹ bon⁹ & p̄ctm
Primo

Primo inducā quēdā inconueniētia, quæ sequi vidētur ex illa propositione. Secūdo, inducā auctoritates scripture & sanctorū, quibus oppositū probari videtur. Tertio, tractabo rationes & auctoritates, quas allegat.

Quo ad primū, Si omne opus nostrū est peccatū & malū, igitur & oratio, qua nobis oramus dimitti debita, peccatum est, & ipsa pœnitētia qua admissa plangimus. Item ipse amor iustitiæ & odiū iniquitatis peccata sunt, & cōsequenter pœnam & suppliciū merentur apud deū, iuxta illud ad Roma, vi. Stripēdia peccati mors. Quomodo igitur peccatū peccato tergitur aut deletur? Et vbi est iusticia, si deus peccato placatur? Præterea cū secundum ipsum, nullum peccatū sit ex natura sua veniale, sed quodlibet sit magnū, & ex se mortiferum, consequēs erit, omne opus bonū hominis esse ex se mortale peccatū, quo quid potest dici absurdus?

Tertio Manichei Cataphrygæ & Taciāni propter hoc pulsi sunt de ecclesia, q̄ nuptias dānarent dicētes, Copulam carnalem esse peccatū, aut nō posse fieri sine peccato, cōtra Apostolū, i. ad Corinth, vii. Si nupserit virgo nō peccat, & si nubat bene facit, si nō nubat melius facit, vbi aduerte q̄ Apostolus in effectu argumētatur, bene facit ergo non peccat.

Quarto si in omni opere homo peccat, sequitur quēlibet hominē semper esse perplexū, quia quic quid egerit, non effugiet peccatū, quod videtur cōtra Apost. i. ad Corinth, x. Fidelis deus q̄ nō patietur vos tentari, super id quod potestis ferre, sed faciet cū tentatione etiā prouentū, vt possitis sustinere

Quinto quia M. istud dicit loquens de operibus sanctorum (vt Christū & virginē matrem excipiā) sequi videtur, Ioannis baptiste vitā nil aliud fuisse q̄ peccatū, sequitur & Pauli sacros labores, prædicationē & ministracionē in euangelio fuisse peccatū, quod tamē ipse Paulus non agnouit, alioquin nō diciturus. Nihil mihi cōsciū sum, & gloria nostra hæc est Testimoniū cōscientiæ nostræ, q̄ in simplicitate cordis, & sinceritate dei, & non in sapiētia carnali, cōuersati sumus in hoc mundo, & alibi Si volens facio mercedē habeo, quam mercedem paule, pro opere quod est peccatū. Item & alibi Aut
omni
nūquid

nūquid peccatū feci meipsum humilians, vt vos exaltemini:
Attende q̄ Pau. neget se in sua humiliatione peccasse, & alia
incōuenientia cōsequenter inferri possunt, sed ista sufficiūt:

Quo ad. ij. omisso ad presens veteri testamēto, inducā quē
dam ex nouo quæ sufficere videbūtur nostro proposito, nā
omnia inducere nimis longum esset, & non necessariū, & si
quædā allegaui omīssis efficacioribus testimonijs, quæ vi
debantur potius assumēda, non me reprehendat auditor, qui
nec omnia nec efficacissima me allegaturū dixerim, sed quæ
cogitāti & legenti sufficere visa sunt, potius illius diligentia
nostram inopiam suppleat.

In primis occurrit quod Lucae. ij. dicitur. In terra pax ho-
minibus bonæ voluntatis. Bona em̄ voluntas non est pecca-
tum, sed dei donum, iuxta id quod dicit apostolus de deo lo-
quens, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona vo-
luntate, ad Philip. ij. vnde August. lib. de ciuitate dei. Interest
qualis sit voluntas hominis quia si peruersa est, peruersos ha-
bebit hos motus, si autē recta est, non solum inculpabiles, ve-
rū etiam laudabiles crunt. Idem Aug. xiiij. de ciui. ca. vi. Cuius
propositū est amare, & non secūdum hominē, sed secūdum
deum amare proximū, sicut etiā seipsum, proculdubio prop-
ter hūc amorē dicitur volūtatis bonæ, quæ vsitatius in scrip-
turis sanctis charitas appellatur. Item Aug. xi. de trinita. ca. vi.
Rectæ sunt om̄es volūtates sibi met religatæ, si bona est illa,
quo cuncta referūtur, si autē praua prauæ sunt omnes.

Item Matth. v. Beati dicūtur pauperes spiritu, mites, iugē-
tes, qui esuriūt & sitiunt iustitiam, misericordes, mūdi corde,
pacifici & patientes, qui nō essent beati sed miseri, si pauper-
tas, mititas, luctus, & cætera peccata essent. Loquor enim de
actibus quibus si peccata sunt nec in spe nec in re beati sunt
Nam teste Salo. prouerbi. xiiij. Miseros facit populos pecca-
tum maxime tale ac tantū, quod ex se mortiferū est, nec re-
ctæ eis diceretur, gaudete & exultate, quia merces vestra co-
piofa est in coelo.

Tertio Matth. vi. cum dominus dixisset. Nolite facere iusti-
tiam vestram corā hominibus, vt videamini ab eis, deinceps
c i tradis

tradit modū, quo eleemosyna, ieiuniū, & oratio sint deo placita, & remuneratione cœlesti digna, cum videlicet per ea soli deo placere intendimus, aut proximo propter deum, quod dū sit sine peccato sunt, quibus sic exerceri possint, vt in eis contingat peccatū, vnde Aug. in lib. de perfectione iustitiæ dicit: Ne istū nostrū cursū sine humanæ gloriæ metiremur, non est in expositione iustitiæ ipsius executus, nisi tria ista ieiunium, eleemosynas, & orationes. Ieiunio scilicet vniuersam corporis castigationē significans, eleemosynis omnē beniuolentiam & beneficentiam vel dandi vel ignoscēdi, & oratione in sinuās oēs regulas sancti desiderij, vt quā in castigatione corporis frenatur cōcupiscētia, quæ nō frenari sed omnino nō esse debet, nec erit in illa perfectione iustitiæ, vbi nullū erit omnino peccatū, & sæpe in vsum rerū etiā concessarū atq; licitarum exierit immoderationē suā. In ipsa vero beneficentia, qua iustus cōsulit proximo, quædā fiūt quæ obsunt, cum prodesse putata sint. Et aliquādo per infirmitatē vel cū minus sufficitur necessitatibus aliorū, vel parū in eis proficit, quod benignitatis ac laboris impēditur, surrepit tediū quo fuscetur charitas, in qua datorē diligit deus. Surrepit autē tanto magis quanto minus quisq; & tātō minus quanto magis profecerit. His atq; huiusmodi consideratis, merito in oratione dicimus, dimitte nobis debita nostra &c.

Quarto Matth. vi. dicitur, Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuū lucidū erit, & additur in Luca, Nullā habēs partē tenebrarū, hic in operibus indifferētibus, quæ possunt & bene & male fieri, ostēdit saluator qd si intētio fuerit recta totū corpus, i. tota cōgeries operū inde sequentiū erit lucida.

Hic habes opera nihil habētia tenebrarū, ergo nihil habētia peccati. Peccata em̄ tenebræ sunt aut tenebras habēt iunctas, ad Ro. xiiij. Abijcite opera tenebrarū, & alibi, Fuistis aliquādo tenebræ, nūc autē lux in dño, & alijs plerisq; locis.

Multi alia induci possunt, tam aperte quā parabolice a domino dicta, quæ ad idem faciūt, sed omitto breuitatis gratia.

Quinto ad Ro. ij. dicit de dño q reddit vnicuiq; secundum opera eius ijs quidē qui secundū patientiā boni operis gloriam &c

aben

am & honorē & incorruptionē quærentibus vitā æternā, ijs
autē qui sunt ex cōtēptione, & qui nō acquiescūt veritati, cre-
dunt autē iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & angustia
in omnē animā operātis malum, iudæi primū & græci, glo-
ria autē & honor & pax, omī operāti bonū iudæo primū &

Hic attēde q̄ nō dicit aposto, operi bono dari ve (græco
niā, sed gloriā honorē & pacē. Satis est em̄ peccatis si dicatur
ignoscēda, nō etiā gloriāda vt loquitur Au. in li. cōtra mēdaciū
Nō em̄ est acceptio p̄sonarū apud deū, & infra, Nō em̄ audi-
tores legis iusti sunt apud deū, sed factores legis iustificabun-
tur. Cū em̄ qui legē nō habēt, naturaliter ea quæ legis sunt fa-
ciūt, cuiusmodi legē nō habētes ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt
opus legis scriptū in cordibus suis, testimoniū reddēte illis cō-
sciētia ipsorū & c̄. Et ca. iij. agit apost. de fide qua iustificatus
est Abraā. An dicamus eā fidē fuisse peccatū igitur peccato
iustificatus est, & peccatū reputatū est illi ad iustitiā, & ibidē
de poenitētia Dauid, qua factū est vt sibi homicidij & adulte-
rij peccatū nō imputaret, sed remitteret, eā nāq; poenitētia fi-
dei tribuit apl's nō legalibus ceremonijs, nō p̄t dici q̄ fuerit
peccatū, nisi q̄s dicat aliquē peccato beatū esse. Itē ca. x. Cor-
de credit ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Num cordis
credulitas, q̄ iusti sumus, aut ad iustitiā proxime disponimur
peccatū est, culpa, vel offensa? Nūquid martyris corā tyrāno
cōfessio? Et ca. xi. attēde exēplum de bonę oliuæ ramis, alijs
ob incredulitatē fractis, alijs fide insertis, q̄ procul dubio par-
ticipes pinguedinis bonos nō malos fructus ferūt. Et ca. xij.
quod sanctiss. p̄ceptis refertū est sic incipit. Obsecro vos p̄
miserīcordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuen-
tem, sanctā, deo placentē, rationabile obsequiū vestrū. An deo
placere p̄t peccatū, offensa, culpa, ea q̄ nisi remittat mortalīs?
Hic nota q̄ dicit Au. i. de ci. dei. Corp⁹ sanctū vsu fieri sanctę
volūtatis, q̄ stante quicq̄d fiat in corpore, vel de corpore, sine
peccato est patiētis. Et ca. xij. Nemini quicq̄ debeat, nisi vt
inuicē diligatis. Qui proximū diligit legē impleuit. An dictu-
ri sumus neminē aut esse, aut fuisse, qui dilectionis legē im-
pleuerit. An peccato lex implet, aut nō est verū qd dicit Au.

Qui præceptū aliter q̄ debet facit non facit. Et cap. xiiij. Nō est regnū dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, & probatus est hominibus.

Hic habes q̄ homo ea prudentia viuens inter homines, vt non offendat fratres, placet deo, & probatus est hominibus. Non dubium quī huiusmodi fuerit ipse Paulus.

Item ca. xv. vbi petit sanctus apostolus pro se orari, vt liberetur ab infidelibus hominibus, atq; vt obsequij eius oblatio fiat accepta sanctis. An sanus tibi videtur, quī dicit hoc Pauli obsequium fuisse peccatum?

Hæc testimonia fusius citaui ex vna epistola ad Ro. Idem facturū ex alijs Pau. epistolis & aliorū Canonicis scriptis nisi viderē non esse necessariū, in re non dubia testibus vti non necessarijs. Allegaui tamē copiosius vt intelligāt amici nostri nos etiā posse plura allegare testimonia, nisi iudicarem, ea potius esse pōderanda q̄ numeranda. Propter eos autem quibus ista non sufficiūt potest allegari & illud. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusq; prout gessit in corpore, siue bonum siue malū. Item illud qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Item ad Ephe. ij. Vt simus initium aliquod creaturæ eius creati in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Item ad Gala. Fructus spiritus charitas, gaudium, pax, & aduersus huiusmodi non est lex, & infra. Noli te errare, deus nō irridetur. Quæ em̄ seminauerit homo, hæc & metet, qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet vitā æternā, bonum autem faciētes non deficiamus, tēpore enim suo metemus non deficiētes, ergo dum tēpus habemus operemur bonū ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Item, i. ad Timothæ. vti. Diuitibus huius sæculi precipe, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendū, bene agere diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare thesaurizare sibi fundamentū bonum in futurū, vt apprehendant ve-

110

110

dant ve-

dant veram vitam. Et. ij. ad Timothæum. iij. Bonum certamen certavi cursum cōsummaui, si dem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autē mihi, sed & his qui diligunt aduentū eius. Et Iacobi. i. Nolite errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimū, & omne donum perfectū de sursum est descēdens a patre luminū, apud quem non est trās mutatio, nec vicissitudinis obumbratio, volūtariē em genuit nos verbo veritatis, vt simus initiū aliquod creaturę eius. Item qui perspexerit in lege perfectę libertatis, & permanse rit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Et ca. iij. Quę de sursum est sapiētia, primū quidā pudica, est deinde pacifica, suadibilis, bonis cōsentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Fructus autem iustitię in pace seminatur faciē tibus pacem. Et Petrus pœne per singula verba nostro proposito astipulatur, ex quo etiam pauca allego. Primę petri. i. Castificātes animas vestras in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicē diligite attentius renati nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbū dei viui, qui manet in æternū. Et ca. sequēti. Infantes rationabiles sine dolo, & ad quē accedētes lapidē viuum, ab hominibus quidam reprobātū, a deo autem electū, & honorificatū, & ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles deo, per Iesum Christū & infra. Conuersationē vestrā inter gētes habētes bonam, vt in eo q̄ detrectāt de vobis quasi de malefactoribus, ex bonis operibus vos cōsiderātes glorificent deum in die visitationis. Superfluū est ex eo plura citare, quia ipse lectionis textus pœne nil aliud sonat, maxime toto illo ca. & duobus sequē. Item in altera eiusdē eplā ca. i. post pulchram virtutum catenam, infert, quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationē & electionē faciatis, hęc em facientes non peccabitis aliquādo. Item potest induci ex Canonica Io. ex ipsismet locis, quibus aduersarius sua dicta firmare nititur, apparet satis aperte propositū

propositum vt ibi, Si in luce ambulamus, sicut & ipse in luce est, societate habemus ad inuicem, & sanguis Iesu Christi eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quonia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Sexto diuus Aug. aduersus Iulianum lib. iij. ca. xij. copiose differit omnia opera infidelium esse peccata, atque non veras eos habuisse virtutes. Idem agit. v. de ciui. dei quod an ipse euincat, tractabo infra in suo proprio articulo. Nihilominus satis apparet mentem Aug. illic esse quod fidelium iustorum opera non sunt peccata, ac fideles ea fide quae per dilectionem operatur veras habere virtutes, quibus forsitan non omnes aut non summas, & quae amplius crescere non possint. & v. de ci. ca. xiiij. loquens de martyribus qui vt inquit sceuolas, curcios, decios, non sibi inferendo poenas sed illatas ferendo, & virtute vera, quoniam vera pietate, & innumerabili multitudine superauerunt

Sed quod laboro ex Au. coniecturis colligere, non omne opus hois esse peccatum, cum id asserat multis locis tam patenter, vt nullus remaneat calumniandi locus. vnde in li. de perfectione iustitiae circa finem sic dicit. Quisquis fuisse vel esse in hac vita aliquem hominem, vel aliquos homines putat, excepto vno mediatore dei & hominum, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est diuinae scripturae, vbi apostolus ait. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, & necesse est vt impia contentione asserat esse posse homines, qui sine mediatore Christo liberate atque saluate, sint liberi saluatiq; a peccato, cum ille dixit. Non est opus sanis medicus sed male habentibus. Non veni vocare iustos sed peccatores.

Quisquis autem dicit post receptam remissionem peccatorum, ita quem hominem iuste vixisse in hac carne, vel viuere, vt nullum habeat omnino peccatum, contradicit apostolo Ioani qui ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Non enim ait habuimus, sed habemus. Quod si quisquam asserit de illo peccato esse dictum, quod habitat

iniquitas

habitat in carne mortali nostra secundū vitū, quod peccantis
primi hoīs volūtate contractū est, cuius peccati desyderijs ne
obediamus. Paulus apostolus præcepit, Nō autē peccare q̄
eidē peccato q̄uis in carne habitāti, ad nullū opus malū om-
nino cōsentit, vel facti, vel dicti, vel cogitati, q̄uis ipsa concu-
piscētia moueatur, quæ alio modo peccati nomē accepit, qd̄
ei consentire peccare sit, nobiscq; moueatur inuitis, subtiliter
quidā ista discernit, sed videat qd̄ agatur de dominica oratio-
ne, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra, quod nisi fallor
nō opus esset dicere, si nunq̄ vel in lapsu linguæ, vel in oble-
ctāda cogitatione, eiusdē peccati desyderijs aliquātulū cōsen-
tiremus, sed tantūmodo dicendū esset, Ne nos inferas in tēta-
tionē, sed libera nos a malo, Nec Iacobus apo. diceret, In mul-
tis offendimus oēs, Nō em̄ offendit nisi cui mala cōcupiscē-
tia cōtra iustitiæ rationē appetēdo, seu vtādo faciendū, vel di-
cendū, vel cogitandū aliqd, qd̄ nō debuit, siue fallēs, siue p̄ua-

Postremo si excepto illo capite nostro sui (lēs psuadet,
corporis saluatore, asserūtur vel fuisse, vel esse in hac vita aliq̄
hoies iusti, sine aliquo peccato, siue nunq̄ cōsentiedo desyde-
rijs eius, siue quia p̄ nullo peccato habendū est, qd̄ tm̄ est vt
hoc pietati nō imputet deus, q̄uis aliter sit beatus sine pecca-
to, aliter autē beatus cui nō imputat dñs peccatū, nō minus
existimo reluctandū, Scio em̄ quibusdā esse visum, quorū de
hac re sentētiā nō audeo rephēdere, q̄q; nec defendere valeā,
Sed plane q̄squis negat, nos orare debere, ne intremus in tēta-
tionē, negat aut̄ hoc, q̄ cōtēdit ad nō peccādū gratiæ dei adiu-
torii nō esse hoī necessariū, sed sola lege accepta humanā suf-
ficere voluntatē, ab auribus oīm remouendū & ore oīm ana-
thematizandum non dubito.

Item in lib. de spiritu & littera ad Marcellinum capit. vlti-
mo inter cætera inquit, Dicit potest quædam iustitia minor
huic vitæ competens, qua iustus ex fide viuūt, q̄uis peregrī-
nus a domino, & ideo per fidē ambulans, nondū per speciē,
nō absurde dicitur etiā ad istam pertinere ne peccet, neq; em̄
si esse nondum potest tanta dilectio dei, quanta illi cogni-
tioni plene perfectæq; debetur, iam culpæ deputandum est.

Aliud

Aliud est em̄ totam nondū assequi charitatē, aliud nullam se
qui cupiditatē. Quobrem debet homo quāuis longe minus a-
met deum, quā eum potest amare conspectū, nihil tamē appe-
tere illicitū, sicut etiā quæ adiacent sensibus corporis, potest
oculus nullis tenebris delectari, quāuis non possit in fulgētissi-
ma luce defigi, verum ecce iam talem cōstituamus animam
humanā in hoc corruptibili corpore, quæ & si nondū illa su-
pereminētissima perfectione charitatis dei, omnes motus ter-
renæ libidinis absorbuerit, atque cōsumpserit, tamen in ista mi-
nore iustitia ad illicitū aliquid operandū, eidem libidini nul-
la inclinatione consentiat, vt ad illam vitam iam immortalem
pertineat, diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex tota virtute tua, Ad hanc autem nō re-
gnet peccatū in vestro mortali corpore, ad obediendū desy-
derijs eius, ad illam non cōcupisces, ad istam post cōcupiscē-
tias tuas non eas, ad illam nihil amplius quærere quā in ea per-
fectione persistere, ad istam hoc quod agit in opere habere
& illius perfectionē pro mercede sperare, vt per illam iustus
sine fide viuat in specie, quā in ista desyderauit, per hanc autē
iustus viuat ex fide, in qua illa certo fine desyderat. His con-
stitutis peccatū erit, ex fide viuentis aliquādo alicui delecta-
tioni illicitæ consentire. Non tantū in illis horrēdis facinori-
bus, & flagitijs perpetrādis, verū etiā in istis leuioribus, vt
vel aurē alicui voci, quæ audienda nō esset, vel linguam ali-
cui quæ dicēda non esset accommodet, vel in ipso corde aliqd
ita cogitet, vt mallet licitū quod male delectat, & per prae-
ceptum scitur illicitum, etiā ista quippe cōsensio est ad pecca-
tum, quæ utiq; fieret nisi pœna terreret. Tales iusti &c.

Patet etiā de opere, in quo maxime videtur regnare cō-
cupiscentia & caro, puta nuptiarū, in quo Aug. dicit nullam
esse culpam, sed bonū vsum malæ rei, puta ipsius cōcupiscē-
tiæ, aduersus Iulianū, Pelagianū, & plerisque alijs locis, quorū
vnum qui sufficere videtur citabo lib. de bono coniugali ca-
vi. vbi dicit Coniugalis em̄ concubitus generādi gratia non
habet culpam, cōcupiscentiæ vero satiādæ sed tamē cum cō-
iuge, propter fidem tori venialē habet culpam. Adulteriū ve-
ro siue

rosiue fornicatio letalem habet culpā. Ac per hoc melior est quidem ab omni cōcubitu continētia, q̄ vel ipse matrimoni alis cōcubitus, qui fit causa gignendi, sed quia cōtinentia illa meriti amplioris est, reddere vero debitū coniugale nullius est criminis, exigere autē vltra generādi necessitatē culpæ venialis. Fornicari vero vel mechari puniendi criminis

Finem non habebit oratio, si omnia citare velim, quibus Augusti, ostendit non omne opus hominis esse peccatū, sed ista sufficiant.

Item Ambro. lib. de apologia David ca. vi. Eteñ quia nō potest sine peccato esse humana fragilitas, cauendum est ne plura peccata sint, q̄ opera virtutū, quod magna vi sapientiæ sanctus Pau. expressit dicēs. Quorundā hominū peccata manifesta sunt, præcedētia ad iudiciū, quosdā autē & subsequūtur, hoc est nō inuenitur quisquā illibatus a culpa. Habet q̄s bona merita, habet & vitia atq; peccata. Omnia itaq; nostra quasi in trutina pōderātur. Si bonis igitur factis peccata præponderant, præcedunt ad iudiciū, vergunt em̄ peccata quasi in profundū, vergunt quia & manifesta sunt, vel pondere atq; acerbitate, vel multitudine. Quosdā autem inquit & subsequūtur, hoc est eis qui se egerint sobrie, sed fragilitate cōditionis dederūt aliquādo etiā errori locū. Bona facta præcedūt mala sequūtur. Hi honestiores, sed tamē homines lapsi leuioribus vitijs & erratis. Ergo iustos sequūtur peccata, non præeunt. Iniustos præcedūt & præpōderant peccata, quæ vergūt sequūtur autem si qua recta facta sunt, quasi quodam præiudicio peccatorū præeuntiū prægrauata. Similiter & facta bona manifesta sunt, lucent em̄ opere virtutū, & splendore meritorum, & quæ aliter se habēt abscondi non possunt, ergo talia non tegūtur. Non obūbrat ea charitas, quæ operit multitudinem peccatorū. Non operit honorū gratia, non abscondit virtutū multitudo, quia nuda & intecta prodūtur.

Cyprianus lib. iij. epistolarum de lapsis. Nec putes frater chariss. hinc aut virtutē fratrū minui, aut martyria deficere, q̄ lapsis laxata sit poenitētia, & q̄ poenitētibus spes pacis oblata, manet vero fidentiū robur immobile, & apud timētes, &

d i

diligētes

diligētes corde toto deū, stabilis & fortis perseuerat integri-
tas. Nā & mechis a nobis pœnitētiæ tēpus cōceditur, & pax
datur, nō tamē idcirco virginitas in ecclesia deficit, aut conti-
nētīc propositū gloriosum p̄ aliena peccata languescit. Floret
ecclesia tot virtutibus coronata, & castitas ac pudicitia teno-
rem gloriæ suæ seruat, nec q̄a adulterio pœnitētia ac veniala
xatur, cōtinētīa vigor frāgitur. Aliud est ad veniā stare, aliud
ad gloriā puenire, aliud missum in carcere nō exire inde, do-
nec soluat nouissimū quadrantē, aliud statim fidei & virtutis
accipere mercedē, aliud pro peccatis lōgo dolore cruciatū e-
mēdari, & purgari diu igne, aliud peccata oīa passione pur-
gare, aliud deniq; pendere in die iudiciū ad sententiā dñi, aliud
statim a domino coronari.

Item euidenter probari p̄t ex dictis diui Hiero. etiā ex eis
li. vbi M. eū p̄ se facere putat, puta in dialogis aduersus pelag-
ianos, ad quos legēdos melius vos mitto, & quaedā citabo
cū peruenero ad ea, quæ ex eo Mar. citat.

Item Aug. ostēdit cōcupiscētiā in baptisatis peccatū non
esse, lib. i. ad Bonifaciū cōtra duas epistolas pelagianorū cap.
xiiij. Dicūt etiā inquit baptisma nō dare oīm indulgentiā pec-
catorū, nec auferre crimina, sed radere, vt oīm peccatorū radi-
ces in mala carne teneātur. Quis hoc aduersus pelagianos nī
si infidelis affirmet? Dicimus em̄ baptisma dare oīum indul-
gentiā peccatorū, & auferre crimina, nō radere, nec vt oīum
peccatorū radices in mala carne teneātur, quasi rasorū in cap-
ite capilloꝝ, vnde crescāt iterū refecāda peccata. Nā & istā si-
militudinē cōperis uæ illos adhibere calūniā, tanq; hoc nos
sentiamus atq; dicamus. Sed de ista concupiscētia carnis falli
eos credo, vel fallere, cū qua necesse est vt etiā baptisatus, &
hoc si diligētissime pficit, et spū dei agit, pia mēte cōfligit. Sed
hec etiā si vocat̄ p̄ctm̄ nō vtiq; q̄a p̄ctm̄ est, sed q̄a peccato fa-
cta est, sic vocatur. Sicut scriptura manus vniuscuiusq; dicit,
q̄ manus eā fecerit. Peccata autē sunt quæ secundū carnis cō-
cupiscētiā, vel ignorantia, illicite fiūt, dicūtur, cogitātur. Quæ
trāfacta, etiā reos tenēt, si nō remittātur. Et ista ipsa carnis cō-
cupiscētia in baptismo sic remittitur, vt q̄q; tracta sit a nascē-
tibus,

tibus, nihil noceat renascētib⁹. Ex quibus tamē si filios car-
naliter gignūt, rursus trahitur, rursusq; & nocitura nascētib⁹
nisi eadē forma renascētib⁹ remittatur, & insit nihil obfutu-
ra vitæ futuræ, quoniā reatus eius generatione tractus, rege-
neratione dimissus est. Et ideo iam nō sit peccatū, sed hoc vo-
cetur, siue q; peccato facta sit, siue q; peccādī delectatiōe mo-
ueatur, & si ei vincēte delectatione iustitiæ non cōsentiatur.
Nec propter ipsam cuius iā reatus lauacro regenerationis ab-
sumptus est, dicūt in oratione baptisati, Dimitte nobis debita
& c. sed propter peccata quæ fiūt, siue in eius cōsentionibus,
cū eo quodlibet vincitur quod placet, siue cū per ignorantia
malū quasi bonū placet, fiūt autē siue operādo, siue eloquēdo,
siue qd' facillimū atq; celerrimū cogitādo, a quibus oibus quis
etiā fidelīū gloriabit castū se habere cor, aut quis gloriabitur
mundū se esse a peccato. Illud sane qd' in oratione sequitur, pro-
pter ipsam dicūt, ne nos inferas in tentationē, sed libera nos a
malo. Vnusquisq; em̄ sicut scriptū est, tēatur a cōcupiscētia
sua, abstractus, & illectus. Deinde cōcupiscētia cū cōceperit
parit peccatū. Hi oēs cōcupiscētiæ partus, & ipsius cōcupis-
cētiæ reatus antiquus, qui baptisatis ablutione dimissi sunt
& quicquid parit nūc ista cōcupiscētia, si non sint illi partus,
qui nō solum peccata, verūetiam crimina nūcupantur, pacto
illo cotidianæ oratiōis vbi dicimus, dimitte nobis debita & c.
Et elemosynarū synceritate mundantur.

Idē dicit li. ij. cōtra Iulīa. Itē in li. de nuptiis & cōcupis. ad vale
His p̄suppositis venio ad ea, quibus M. cō- (riū & alijs locis
clusionē suā nitit̄, p̄bare. Primo citat v̄bū Esa. xiiij. & facti su-
mus imūdi oēs nos, & q̄si p̄anus mēstruatē vniuersę iustitię

Verbū Esa. Hiero. explicat dictū ex p̄sona iudæorū (n̄rę;
in babylonica captiuitate vel assyriorū existentiū, vt hebræis
placet, vel qd' magis, p̄bat Hiero. romanorū post euersam hie-
rusalē a Tito & Vespasiano, cui cōcordat Nicolaus de Lyrā
post Alexandrū de hales dicēs hoc verbū accipiēdum esse di-
ctū, ex p̄sona iudaici populi per orbē dispersi, qui amissa ciui-
tate & tēplo nō habētes summū sacerdotē, nec sacrificia secū-
dum legis moyli ritum, nō putāt se posse ad plenū mundari,

d ij

cū non

cum nō possint iuxta legem offerre sacrificia pro peccato populi. Mar. vero dicit q̄ Elaias loquitur in persona sua, & totius fidelis populi. Examinemus collatis antecedentibus & cōsequentibus, & inspecta ipsius lectionis circumstantia, an Mar. sensus stare possit. Proxime antecedit. Occurristi letanti & facienti iustitiā in v̄ijs tuis recordabūtur tui. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipsis fuimus semper & saluabimur & facti sumus vt immūdi omnes nos, & quasi p̄anus menstruata viuersa iustitiā nostrā, & cecidimus quasi folium viuersi, & iniquitates nostrā quasi ventus abstulerunt nos, non est qui inuocet nomē tuum, qui confurgat & teneat te, Si verbū quod in medio est accipias dictū ex persona vniū cuiusq̄ hominis fidelis pro quocūq̄ tēpore, vt vult M. quis erit ille faciēs iustitiā cui letanti deus occurrit. Præterea quomodo stabit quod sequitur, non est qui inuocet nomen tuū, & teneat te, an dictūri sumus in toto fidei populo a primo Abel iusto vsq̄ ad vltimū electum neminē esse qui inuocet nomen domini, quod si voluerimus dicere refellit nos scripta Gene. iiii. dicens. Sed & seth natus est filius quem vocauit Enos iste cepit inuocare nomē domini. Aut vt Augu. legit. xv. de ciui. dei. ca. xviiij. Iste sperauit inuocare nomē domini, quod alicuius sacramēti gratia de illo signāter dictum asserit. Nam & Abel sperauit inuocare nomen domini dei, cuius sacrificiū scriptura tam acceptū deo fuisse cōmemorat. Et ipse Seth sperauit nomē domini dei inuocare, de quo dictum est suscitauit mihi deus semē aliud pro Abel. Et ipse Moyse dominum tenuit cum ei dicitur Exodi. xxxij. Cerno q̄ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos, faciāq̄ te in gentē magnā. Moyse autē orabat & c̄. Et Aaron cum staret medius inter viuētes & mortuos numeri. xvi. tenuit dominum, de quibus in psalmo. Moyse & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocāt nomen eius. Ipsi inuocabāt eum, & ipse exaudiebat eos & c̄. Et quid est quod scribitur Iohelis. ij. Omnis qui inuocauerit nomē domini saluus erit, quod etiam Apostolus ad Roma. x. interpretatur de tēpore noui testamēti. Si nemo est, aut fu
it, aut

it, aut erit inuocās nomen domini, id em̄ sequitur iuxta Mar.
intellectū, nisi velis textū rumpere lectionis, & vnum verbū
violenter tractū tuo arbitrio interpretari, & ad tuum sensum
scripturā trahere repugnātem, quod teste Hiero. ad Paulinū
vitiōsissimū est dicendū genus. Vides lector q̄ sit necessa-
ria cū in omni scriptura, tum maxime sacra, illa regula, quę iu-
bet antecedētia & consequētia cum circūstantia loci & per-
sonę considerare. Est igitur verbum allegatū accipiēdum ex
persona iudæorū, vt dictum est, in captiuitate positorū, quod
capituli finis ostendit tam clare, vt nequeas tergiuersari, vbi
habes Ciuitas sancti tui facta est deserta sion deserta facta est
hierusalem desolata domus sanctificationis nostrę, & glorię
nostrę vbi laudauerūt te patres nostri, facta est in exultationē
ignis, & omnia desyderabilia nostra versa sunt in ruinas. Ex
his patet qualiter ad literā iudæi loquūtur in verbo allegato,
& fatētur se immūdos & suas iustitias immūdas, nō solum
propter iustitiā legalem, quę post euangeliū abrogata est.
Nam iudæi in sua cęcitate manētes nesciunt, neq; fatētur le-
gem Moyſi esse abrogatā, sed putant eam adhuc currere, &
sibi factam esse quo ad multa impossibilē, vt quo ad dies fe-
stos hierosolymis frequentandos hostiarū, holocausta mane
semper & vespere, immolationē in vno tantū loco agni, ter-
re septima æstate ferias, quinquagesimū remissionis annū, &
similia teste Hiero. iij. cōmentariorū in epistolā ad Gala.

Argumentatur tamen Mar. q̄ non possit intelligi de lega-
li iustitiā, quia non cōfitemur deo in humilitate, non est accu-
satrix sui in principio, sed inflata excusat se & iustificat qua-
re solius gratiæ &c.

Hic Mar. supponit falsum, q̄ hæc sit humilis cōfessio, imo
est superborū & petentiū liberationē tēporalem, atq; eorum
qui ea, præcedenti dicunt, quare errare nos fecisti domine de
vjs tuis, indurasti cor nostrū ne timeremus te, & infra, facti
sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, neq;
inuocaretur nomē tuum super nos, & quibus ea, sequēti res-
pondet dominus, Expandi manus meas tota die ad populū
incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes
suas,

suas, populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciē meā
semp. Nā saepe supbi & humilis eadē vox est, vt Saul & Da
uid peccaui, & tamē vnus peccatū remissum est, & nō alte
rius, quia in vno humilitas, in altero supbia, vox eadem, sed
cor diuersum erat.

Dato etiā q̄ indistincte loqueret̄ propheta numerādo san
ctos cū alijs, nō recte cōcluderetur, vnūquēq̄ simpliciter esse
immūdū, aut vnus cuiusq̄ iustitiā esse immūdā. Primo q̄ san
cti se peccatoribus cōnumerāt, vt Daniel, licet ipse non esset
sine peccato, orās pro populo enūerat peccata populi, & gra
uia scelera q̄ ipse non cōmiserat, sed populus cuius erat pars.
Tum, ij. q̄ hmōi enūciationes vniuersales plerūq̄ in scriptura
nō cōprehendūt simpliciter oēs & singulos, sed maiorē partē
aut principaliores, vt cū p̄pheta dicit, Oēs auaritiāe studēt a
p̄pheta vsq̄ ad sacerdotē, & tamē nec Hieremias nec Esaias
nec Ezechiel auaritiāe studebāt Et cū Pau. dicit, Oēs q̄ sua
sunt q̄runt, nō q̄ Iesu christi, verū dicit cū q̄ stat, q̄ neq̄ Titus
neq̄ Timotheus neq̄ Pe. & ceteri apost. q̄ sua sunt querāt,
sed q̄ Iesu Christi, ita similiter posset verū esse sumus immū
di oēs nos, & oēs iustitiāe nostrae quasi pānus mēstruatae, eo
q̄ maior pars hoīm bona sua nō bene opatur, aut bñfacta suc
cedētibus malis opibus cōtaminat, quibus sancti & iusti mūdi
sint, de q̄bus dicit apost. & hęc quidā fuistis, sed abluti estis
sed sanctificati estis.

Secūdo argu. Mar. nō dicit iustitiāe nostrae aut nos, sed oēs
nos, & vniuersae iustitiāe nostrae, ergo nō potest trahi ad ali
quos, sed ad omnes, & ad omnē eorum iustitiā.

Potius argumētare nō dicit oēs sed oēs nos, nec oēs iusti
tiāe, sed iustitiāe nostrae, & trahē dictū ad eos de q̄bus p̄phe
ta loquit̄. Nā & si sine restrictione diceret, tamē verba cōtra
hi deberēt ad suā materiā, vnde Hiero. vi. cōmētariorū in Esa.
tractās illud, Vt dispdat oēm terrā, dicit, Nō q̄ totū orbē va
stauerit, sed omnē terrā Babylonis & Chaldeoꝝ. Idioma em̄
scripturae sanctae est vt oēm terrā illius significet puincia, de
qua sermo est, quod quidā nō intelligētes ad oēm orbis euer
sionē traxerūt, similiter in p̄posito p̄pheta de quodā populo
loquitur,

loquitur, & pro quodā tpe, sicut illud qd' ait ca. i. Omne caput lā
guidū, & omne cor mcerēs, a plāta pedis vsq; ad verticē capi
tis nō est in eo sanitas, vulnus & liuor & plaga tumēs nō est
circūligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Item illud
pripes tui infideles socij furū oēs diligūt munera & sequū
tur retributiones, ad quēdam locū, & quoddā tēpus cōtrahi
debet, alias nō stabit qd' sequitur. Restituā iudices tuos vt fu
erunt prius, & cōsiliarios tuos sicut antiquitus.

Q, nisi ita scriptura tractet, innūerabiles gnabūtur errores
& magna fiet cōfusio, neq; scriptura scripturē cōcordari po.

Addit M, malo intelligēdi vsū dicit, q; iustitia lega (terit
lis fuerit immūda ad iustitiā euāgelicā cōparata, quia lex vt
cūq; ceremonialis erat bona, & a deo instituta quare iustitia
eiisdē nō erat de se immūda aliquo modo.

Et tamē ita loquitur Aposto. ij. ad Corin. ij. q; gloria vete
ris testamēti nō est gloria cōparata ad gloriā noui. Et Hiero.
dicit. Nec mirū hac de hoibus dicere cū astra quoq; dei iusti
tiae cōparata nō sint mūda, & aduersum angelos suos puer
sum quid excogitauerit. Similiter posset M. dicere malo vsū
scripturæ dicit, q; nulla creatura est bona dei bonitati cōpara
ta, secūdū q; scriptū est, Nemo bonus nisi solus deus, & quia
scriptū est, vidit cūcta quæ fecerat & erāt valde bona. Et qd
dicemus ad id quod dicitur Ezechielis, xx. Dedi eis præcep
ta nō bona, & iudicia in quibus nō viuēt, nisi iustitia cerimo
nialis quodāmodo & ad aliquid cōparata nō bona dici pos
sit. Nunquid Mar. Ezechielem in scriptura non habet.

Secūdo principaliter Mar. probat intentū suum ex verbo
Sapiētis ecclesiastes. vii. Non est homo iustus in terra qui fa
ciat bonum & non peccet.

Sētētia sapiētis habet sapiētia cōfortabit sapiētē sup decē po
testatē habētes, qui sunt in ciuitate, quia non est hō iustus in
terra qui faciat bonū & nō peccet, vbi Hiero. Propterea sapi
entia cōfortat iustū, & oīm principū ciuitatis sup eū excedit
auxiliū, quia quīs aliquis iustus sit, tñ dū in hac carne est cō
stitutus, subiectus est vitijs atq; peccatis, & maiore p̄sidio in
diget. Illud ꝑo. puer, xxiiij. scriptū, Septies cadit iust⁹, & resur
git, sic

sic explicat Hiero, vel secundū alios Beda quomodo autem iustus appellatur, qui cadere id est peccare memoratur, nisi quia de leuibus cotidianisq; loquitur peccatis, sine quibus nec iustorū quisquā in hac vita esse potuit, quia nimirū per ignorantiam, per obliuionē, per cogitationē, per sermonē, per surreptionem, per necessitatē, per fragilitatē carnis, singulis diebus vel inuiti, vel volentes frequēter reatum incurrimus, & tamē resurgit iustus, videlicet quia iustus est, nec iustitiā eius praeiudicat lapsus humanae fragilitatis, vnde bene quum de iusti casu loqueretur non addit in malum, quia & si malū est q̄ cadunt, ne tamē in malo in quod ceciderāt herere possint, citius resurgēdo procurāt, hęc ille.

Hic habes q̄ cadere idem est quod peccare, ex quo patet q̄ si iustus dum facit bonū, peccat in eodem opere, etiā ipse iustus tunc cadit, vnde euacuatur differētia quā inuenit M; inter iustum bene operantē, & cadētem, & non magis sequitur, Non est iustus qui faciat bonū & non peccet, ergo vno & eodē opere facit bonū & peccat, q̄ sequitur, Non est homo qui viuat & non videat mortē, ergo simul viuat & moritur, aut si quis diceret non est homo qui vigilet & nō dormiat, si ex hoc velis inferre, q̄ simul vigilet & dormiat, Similiter non est homo qui viuat & non comedit, ergo quādocunq; viuat comedit, & cum argumētatur Mar, nisi voluisset sapiēs innuere q̄ eodē actu faceret bene & peccaret, sed solum q̄ aliquādo faceret bene, aliquādo vero peccaret, suffecisset dicere, Non est homo iustus in terra qui non peccet, & superfluum esset addere qui faciat bonum.

Respondeo illam sententiā alibi idem sapiens ita expressit, Non est em̄ homo qui non peccet tertij regum, viij. & ij. paralipominon, vi. Ne quis superstitione ad hanc coactā & absurdam traheret interpretationē, qua diceret in eodem opere hominē bene facere & peccare, Et ne quis dicat hoc capitū nostri somnium audiat Hierony, iij, aduersus pelagianos, ubi Atticus quē facit dogmatis ecclesiastici defensorē, sic loquitur, Exēpli gratia vno tantū vtamur testimonio, Inueni Dauid filium Iesse virum secundū cor meū, qui faciat omnes voluntates

luntates meas. David sanctum esse non dubiū est, & tamen
qui electus vt omnes dei voluntates faceret, aliqua fecisse re
prehenditur, vtiq; possibile erat ei facere, qui ad hoc electus
est, vt omnes dei volūtates faceret, nec deus in culpa est, qui
prædixit eum cunctas suorum præceptorum facere volunta
tes, sed ille qui prædicta non fecit, neq; eñ dixit inuenisse se
virum, qui cunctas imperpetuum suæ iussionis faceret volū
tates, hoc & nos dicimus posse hominem non peccare, si ve
lit pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quādiu
intentus est animus, q̄diu chorda nullo modo laxatur in ci
thara, q̄ si paululum se remiserit, quomodo qui aduerso flu
mine lembū trahit, si remiserit manus statim retrolabitur, &
fluentibus aquis quo non vult ducitur, sic humana conditio
si paululum se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se
non posse cognoscit. Putas ne apostolum Paulū eo tempore
quo scribebat lacernam siue penulam quam reliqui troade
apud carpum veniens affer, ac libros & maxime mēbranas
de cœlestibus cogitasse mysterijs, & non de his quæ in vsu
cōmunis vitæ vel corporis necessaria sunt, da mihi hominem
qui non esuriat, non sitiāt, neq; algeat, non doleat, non febrici
tet, nō torminibus & vrinæ difficultatibus torqueatur, &
ego tibi cōcedā posse hoēm nihil nisi de virtutibus cogitare.

Hic habes q̄ hominē non esse sine peccato, apud sanctos
sit eum non perpetuo carere peccato. Item q̄ is dicitur non
esurire sitire algere, qui nunq̄ esurit sitit aut alget.

Sed quēadmodum Epicuri patroni alios philosophos di
cunt non intelligere, quid Epicurus nomine voluptatis in
telligat, ita Marti. defensores dicunt nos non capere, quid ille
vocet peccatū. Videamus igitur an possimus assequi quod
loquitur, & quia dicit se loqui vsu scripturarum. Videamus
in scriptura quid appelletur peccatū. In scripturis igitur pec
catum quandoq; significat peccati causam, quandoq; pecca
ti effectum, vel poenam. Nonnunq; oblationem pro peccato
Aliquādo vero ipsum peccatum quo deus offenditur, & ani
ma rea constituitur, & poenæ obnoxia, hoc est pro actu vel
habitu, quo deus creature offenditur, & quo creatura deum

inop

e i

offendit

offendit, & deo displicet. Primo modo diabolus secundum Origenem & Amb. vocatur peccatum. Item concupiscentia remanens in baptisatis, vel motus eius iuxta Aug. dicitur peccatum, q̄ peccatū faciat in sibi consentientibus. Secundo modo ipsa concupiscentia, ipsa mortalitas, quæ sunt pœnæ contractæ, & aliæ pœnæ pro peccatis debitæ vocantur peccata. Tertio modo sacrificia & oblationes pro peccatis, imo ipse Christus dicitur peccatum. Quarto modo maxime in v̄su est nomen peccati in scripturis, & apud sanctos tractatores.

Cum igitur scriptura dicit, Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet, per quod M. intendit concludere in omni opere hominis iusti esse peccatum, nō capitur ibi peccatum vt certum est pro oblatione, neq; pro diabolo, neq; pro pœna peccatis debita, neq; pro ipsa habituali concupiscentia, quia ab illis non denominatur homo peccās nec dicitur ex eo q̄ peccat. Non em̄ quod pro peccato offertur peccat, neq; qui patitur iustam pro suo pœnā eo ipso peccat, neq; is in quo est concupiscentia aut motus eius peccat, nisi adhibeat consensum in rem illicitam, vt Aug. placet in cōmētarijs in epistolam ad Gala, vbi dicit, Aliud est peccatum habere, aliud peccare. Et multis locis supra allegatis. Et lib. de ciui. dei. i. ca. xxiii. Q. si illa concupiscentialis inobediencia, quæ adhuc in membris moribūdīs habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur, q̄to magis absq; culpa est in corpore non consentientis, si absq; culpa est in corpore dormientis, & supra allegatum est ex lib. de perfectione iustitiæ, de spiritu & littera contra duas epistolas pelagianorum. Et exempli gratia accipiamus aliquod opus iustitiæ, siue virtutis, vt diui Pau. collectam portantis in hierusalem dicit M. quæ circumstantia rationis & prudentiæ in hoc opere deficit: Vnde sit ibi malitia? An non obseruauit Pau, quis, quid, qualiter, per quid, propter quid, vbi, & quando, ergo hoc opus rationi consonat, cum sit virtus. Nam virtus est habitus naturæ modo rationi consentaneus, neq; nos M. reijciat q̄ habitum noi auerimus & circumstantias de quibus Aristot. in ethicis & prædicamentis, nisi simul reijciat & Aug. quem

quem ipse merito vocat preclarissimum patrem. Is enim eam
virtutis diffinitionem a Philosophis positam approbat lib. iij.
aduersus Iulianum capi. iij. dicens. Non enim absurde virtus
diffinita est ab eis qui dixerunt. Virtus est animi habitus na-
turae modo atq; rationi consentaneus, dicat M. in hoc opere
quid sibi vendicet caro: dicat in quo male secat illud suum
instrumentū corrosū, necdum satis expolitum. Nonne hoc
operabatur Pau. voluntarie, prompte, hilariter, an aliquid eū
mouebat in hoc opere, præter charitatem & iustitiæ dilectio-
nem: desinat itaq; ponere maculam in gloria sanctorum?

Tertio Marti. inducit illud ad Roma. vij. Non quod volo
bonū hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago, & infra. Cō-
delector enim legi dei secundum interiorem hominem, video
aliā legem in membris meis.

Dicit Au. vt supra citatum est q; qui vitium remanens in
baptisatis a concupiscentiæ actu, quæ nobis inuitis mouetur
& a consensu cogitati, facti, vel operis, secernit, subtiliter ista
distinguit, e contrario in hac tota deductione Mar. obtuse ista
confundit, sicut oculis legentium tenebras offundit, & ni-
hilominus quasi victor exultat, non cessurus consilio non ec-
clesiæ, non deniq; angelo de cœlo. Et vbi est q; alibi dicit se
humiliter librum submittere pedibus leonis, inurens Loua-
nienlibus & Coloniensibus theologis temeritatis notam, q; le-
onis iudicium sua doctrinali condemnatione anteuertent.
Sed his omissis rem tractemus.

Duobus modis a tractatoribus catholicis explicatur ille
locus Apostoli, cuius partem citat Mar. Vn modo q; Apo-
stolus loquatur in persona hominis sub lege positi, nondum
per gratiam iustificati, qui per legem videt quod agendum,
vel fugiendum, & per fragilitatem, & male consuetudinis
molem victus cedit, & succumbit. Item Origenes sexto cō-
mentariorum ita alicubi Ambrosius, ita & Augustinus, &
id quidem diffuse ad Simplicianum libro primo, & in com-
mentarijs ad Galatas, sequitur vulgarius quem sensum si se-
quimur, exclusa est Mar. gloriatio:

e ij

Secūdo

Secundo modo explicatur vt Apostolus loquatur in sua & iustorum persona, quo modo Hiero. in dialogis aduersus pelagianos, & alibi. Et Grego. nazianzenus in apologetico & Chrysoft. & ipse Aug. pœne omnibus locis, vbi disputat aduersus pelagianos, qui sensus vt ipse dicit magis congruit sensui apostolico, consyderatis diligenter loci circumstantijs, in hoc sensu capiendo monstrandum est hunc locum nihil suffragari Marti.

Augu. contra duas epistolas pelagianorum in hoc. ij. sensu explicat lib. i. ca. viij. & sequentibus dicens apostolum etiam Paulum inquit vel omnes apostolos dicunt, semper immoderata libidine fuisse pollutos. Quis hoc vel prophanus audeat dicere? Sed nimirum isti propterea sic calumniantur, quia contendunt de hoc quod dixit Apostolus. Scio q; non habitat in me, id est in carne mea bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autē bonum non inuenio, & cætera talia, non eum dixisse de seipso, sed nescio cuius alterius qui illa patere tur induxisse personam, propter quod locus ipse in eius epistola diligēter consyderandus & scrutandus, ne in eis aliqua obscuritate dilitescat error istorum. Quis ergo latius hinc Apostolus disputet, & magno diuturnoq; conflictu gratiā defendens aduersus eos, qui gloriabantur in lege, tamen ad rem pertinentia pauca contigimus, vnde ait. Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autē sine lege iustitia dei manifesta est, testificata per legem & prophetas. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt. Non est enim distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiā ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu. Et iterum vbi est gloriatio tua, exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur iustificari hominē per fidem sine operibus legis. Et iterum. Nō enim per legem promissio Abraæ aut semini eius facta est, vt esset hæres mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui per legem hæredes sunt, exinanita est fides, & euacuata promissio. Lex enim iram operatur. Vbi non est lex, nec præuercatio. Et

tio. Et alio loco. Lex em̄ subintrauit, vt abundaret delictum.
Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.
Item alio loco. Peccatū em̄ vobis nō dñabitur, nō estis sub le
ge, sed sub grā. Itē alio loco. An ignoratis fratres, scientibus
em̄ legē loquor, quia lex dominatur homī in q̄tū tēpus viuit
Mulier enim sub viro viuo marito alligata est legi. Si autem
mortuus fuerit vir eius, euacuata ē a lege viri. Et paulo post
Ita fratres mei, & vos mortui estis legi per corpus Christi, vt
sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificet deo. Cū
enim essemus in carne passionēs peccatorum, quæ per legē
sunt operabatur in membris nostris, vt fructum ferrent mor
ti. Nunc vero euacuati sumus a lege mortis, in qua detineba
mur, ita vt seruiamus in nouitate sp̄itus, & non in vetusta
re litteræ. His atq; huiusmodi attestacionibus doctor ille gen
tium satis euidenter ostendit, legem non potuisse auferre, sed
potius auxisse peccatum, quod auferat gratia, quoniam lex
iubere nouit, cui succumbit infirmitas, gratia iuuare, qua in
funditur charitas. Ne quis enim propter hæc testimonia, vitu
peret legem, & malam esse contendat. Vidit apostolus male
intelligētibus quid posset occurrere, & eandem sibi ipse pro
posuit quæstionem. Quid ergo dicemus inquit. Lex pecca
tum est. Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem.
Hoc iam superius dixerat. Per legem enim cognitio peccati
Non ergo abolitio sed cognitio. Hic autem iam incipit, pro
pter quod ista consideranda suscepimus. Introducere perso
nam suam, & tanq; de seipso loqui, vbi nolunt pelagiani ip
sum Apostolum intelligi, sed q; in se alium transfigurauerit
hominem sub lege adhuc positum, nondum per gratiam li
beratum. Vbi quidam iam debent cōcedere q; in lege nemo
iustificatur sicut alibi idem Apostolus dicit, sed ad cognitio
nem peccati, & ad ipsius legis præuaricationem valere legem
vt cognito auctoq; peccato, per fidem gratia requiratur, nō
autē timent ista de Apostolo intelligi, quæ posset & de præ
teritis suis dicere, sed ea quæ sequuntur timent. Hic enim cō
cupiscentiam inquit nesciebam, nisi lex diceret. Non concu
piscēs. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum
operatū

operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem vivebam aliquando sine lege. Adueniente autem mandato, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. Et inuentum est mihi mandatum, quod in vitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim accepta occasione per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors. Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat super modum peccans peccatum per mandatum. Haec omnia sicut dixi potest videri. Apostolus de sua vita commemorasse praeterita, & illud quod ait, Ego autem vivebam aliquando sine lege, aetatem suam primam ab infantia ante rationales annos voluerit intelligi. Quod autem adiuuinxit. Adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, iam se precepti capacem, sed non efficacem, & ideo prauaricatore legis ostenderet, nec moueat quod ad Philippenses scripsit. Secundum iustitiam quae in lege est quae fuerit sine querela. Potuit enim esse intus in affectionibus prius prauaricator legis, & tamen conspicua opera legis implere, vel timore hominum, vel ipsius dei, sed poenae formidine non dilectione, nec delectatione iustitiae. Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere. Aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, ut etiam faceret, si hoc posset impune permitti. Nam sic profecto in ipsa intus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat. In quibus interioribus suis talem se fuisse sciens Apostolus ante gratiam dei, quae per Iesum Christum dominum nostrum est, alibi hoc apertissime confitetur stridens ad Ephesios. Et vos inquit cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris spiritus eius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrae, facientes voluntatem carnis & affectionum, & eramus naturaliter filij irae, sicut & caeteri, deus autem qui diues est in misericordia propter multam dilectionem,

onem, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, cō-
uiuificauit nos christo, cuius gratia sumus salui facti. Rursus
ad Titum, Fuimus em̄ & nos iniusti aliquādo, & increduli,
errantes, seruiētes desyderijs & voluptatibus varijs, in mali-
cia & inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habētes.
Talis saulus fuit quādo secundū iustitiā quæ in lege est, sine
querela fuisse se dicit. Nam quia non post hanc abominabilē
vitam, vt esset sine querela in lege profecerat, moresq; muta-
uerat, euidenter in his quæ sequuntur ostendit, quādo quidem
mutatū se non dicit ab his malis, nisi per gratiā saluatoris. Ad
iungens em̄ hoc ipsum etiam hic, sicut ad Titum ait. Cum au-
tem benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, nō
ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus sed secundū suam mi-
sericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis &
renouationis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos
per Iesum Christum saluatorē nostrum, vt iustificati gratia ip-
sius hæredes efficiamur secundum spem vitæ æternæ. Quod
autem ait in hoc epistolæ loco ad Ro. Peccatum vt appareat
peccatū, per bonum mihi operatum est mortem, congruit su-
perioribus vbi dixit. Sed peccatum non cognouī nisi per le-
gem. Nam concupiscētiā nesciebam, nisi lex diceret. Non
cōcupisces, & superius. Per legem cognitio peccati, hoc em̄
& hic dixit, vt appareat peccatum, vt illud quod dixerat. Si-
ne lege em̄ peccatum mortuum est, non intelligamus nisi tā-
quā nō sit, latet, nō apparet penitus ignoratur tanq̄ in nescio
quibus ignoratiæ tenebris sit sepultum. Et quod ait. Ego au-
tem viuebam aliquando sine lege, quid ait, nisi viuere mihi
videbar? Et quod adiunxit. Adueniente autem mandato
peccatum reuixit, quid est aliud quam eminuit & ap-
paruit. Nec tamen ait vixit sed reuixit. Vixerat enim aliquā-
do in paradiso quando contra datum præceptum satis appa-
rebat admissum. Cum autē a nascentibus trahitur, tanq̄ mor-
tuū sit latet, donec repugnās iustitiæ malū etus prohibitionē
sentiatur. Cū aliud iubetur atq; approbat, aliud delectat atq;
dñatur, tūc peccatū quodāmodo in notitia nati hoīs reuiuiscit
qd' in

quod in notitia primi facti hominis aliquando iam vixerat;
Sed quod sequitur nō ita expeditum est, quomodo de Pau,
possit intelligi. Scimus enim inquit quia lex spiritalis est, ego
autem carnalis sum, nō ait fui, sed sum. Nunquid ergo Apo-
stolus cum hac scriberet carnalis fuit, an secundum corpus
hoc dicit. Adhuc enim erat in corpore mortis huius, nōdum
facto quod alibi dicit, Seminatur corpus animale, surgit cor-
pus spiritale. Tunc enim ex toto se id est ex vtracq; parte qua
constat spiritalis homo erit, quando etiam spiritale corpus e-
rit. Neq; enim absurdum est, vt sit in illa vita etiam caro spiri-
talis, si potuit esse in hac vita in his qui adhuc carnalia sapiūt,
etiam spiritus ipse carnalis. Sic ergo ideo dixit, Ego autē car-
nalis sum, quia nondum spiritale corpus habebat Apostolus
Sicut posset dicere, Ego autem mortalis sum. Quod vtricq; nō
nisi secundum corpus intelligeretur dixisse, quod nōdum fu-
erat immortalitate vestitum. Item quod adiunxit, Venūda-
tus sub peccato, ne quisquā eum nondum redemptū Christi
sanguine existimet, etiam hoc secundum illud potest intelli-
gi, quod ait, Et nos primitias habentes spiritus, & ipsi in no-
bismetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redem-
ptionem corporis nostri. Si enim secundum hoc se dicit ve-
nūdatum sub peccato, q; adhuc non est redemptum a corru-
ptione corpus eius, vel venūdatum aliquando in prima trā-
gressione precepti, vt haberet corpus corruptibile quod ag-
grauat animā. Quid prohibet hic Apostolum intelligi de se
ipso dicere, quod ita dicit vt etiam in ipso posset intelligi, etiā
si in sua persona nō se solum sed omnes accipi velit, qui se no-
uerunt spiritali delectatione cum carnis affectione sine con-
sensione confligere. An forte metuimus ea quæ sequuntur;
Quod ego operor ignoro nō enim quod volo hoc ago, sed
quod odi illud facio, ne forte ex his verbis quispiam consen-
tire carnis concupiscentiæ ad opera mala suspicetur. Apo-
stolum. Sed considerandum est quod adiungit. Si autem quod
nolo hoc facio, consentio legi, quoniam bona est. Magis em̄
se legi consentire, q̄ carnis concupiscentiæ. Hanc enim pec-
cati nomine appellat. Facere ergo se dixit, & operari non af-
fectu

fectu consentiendi, & implendi, sed ipso motu concupiscen-
di. Hinc ergo inquit consentio legi, quoniam bona est, con-
sentio, quia nolo quod non vult, deinde dicit, Nunc autem
iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatū
Quid est nunc autem nisi iam nunc sub gratia, quæ liberauit
delectationē voluntatis a consensione cupiditatis. Non enim
melius intelligitur, Non ego operor, nisi quia non consentit
exhibere mēbra sua arma iniquitatis peccato. Nam & si con-
cupiscit, & consentit, & agit, quomodo non ipse illud opera-
tur, etiam si se operari doleat, & vinci grauiter ingemiscat?
Iam illud quod sequitur, Nonne vnde loquatur apertissime
ostendit? Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne
mea bonum, Si enim non exponeret adiungendo hoc est in
carne mea, aliter fortasse acciperetur quod dixit in me, Ac p
hoc versat hoc idem repetens & inculcans, Velle enim adia-
cet mihi, perficere autem bonum non, Hoc est enim perfice-
re bonum, vt nec cōcupiscat homo, Imperfectum est autem
bonum, quando concupiscit, etiam si concupiscentiæ non cō-
sentit ad malum, Non enim quod volo facio bonum inquit,
sed quod nolo malum, hoc ago Si autem quod nolo ego hoc
facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me pec-
catum, Id repetiuit inculcans, & tanq̄ tardissimos de somno
excitans, Inuenio ergo legem inquit mihi volenti facere bo-
num, quoniam mihi malum adiacet, Illa ergo bonum est vo-
lenti facere, adiacet autem malum ex concupiscentia, cui nō
consentit qui dicit, Iam non ego operor illud, Apertius autē
quod sequitur vtrūq̄ declarat, Condelector enim legi dei se-
cundum interiorem hominem, video autem aliam legem in
membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuam
tem me in lege peccati, quæ est in membris meis, Sed q̄ dicit
captiuam me, potest mouere, si nulla consensio est, Vnde
propter tria ista duo scilicet de quibus iam disputamus quo-
ait, Ego autem carnalis sum, & venundatus sub peccato, &
hoc tertium captiuam me in lege peccati, quæ est in mē-
bris meis, Potest videri apostolus describere, qui sub lege ad
huc viuit, nondum sub gratia, Sed sicut illa duo exposuimus
f i propter

propter carnem adhuc corruptibilem dicta, sic & hoc potest
intelligi, vt captiuantem me dixerit carne, non mente, motio
ne non consensione, & ideo captiuantem me, quia & in ipsa
carne non est aliena natura, sed nostra. Sicut ergo exposuit ip
se quid dixerit. Scio enim quia non habitat in me id est in car
ne mea bonum, sic iam ex illius expositione hunc locum de
bemus accipere, tanquam dixerit captiuantem me hoc est carnem
meam in lege peccati, quae est in membris meis, deinde sub
iungit propter quod dicta sunt omnia. Miser ego sum, quid
me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei per Iesum
Christum dominum nostrum. Atque inde concludit. Igitur ipse ego
mente seruius legi dei, carne autem legi peccati, carne scilicet
legi peccati concupiscendo, mente autem legi dei, eidem con
cupiscentiae non consentiendo. Nulla ergo condemnatio est
nunc his, qui sunt in Christo Iesu. Non enim damnatur, nisi qui
concupiscentiae carnis consentit ad malum. Lex enim spiritus
vitae in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis, ne
scilicet consensionem tuam concupiscentia sibi vindicet carnis.
Et ea quae sequuntur eundem sensum magis magisque demon
strant, sed adhibendus est modus. Visum autem aliquando e
tiam mihi fuerat hominem sub lege, isto apostoli sermone de
scribi, sed vim mihi fecerunt postea ista verba, quae ait. Nunc au
tem iam non ego operor illud. Ad id enim pertinet illud quod
ait & postea. Nulla ergo condemnatio est nunc his, qui sunt
in Christo Iesu. Et quia non video quomodo diceret homo
sub lege. Condelector legi dei secundum interiorem hominem,
cum ipsa delectatio boni, quae etiam non consentit ad malum
non timore poenae, sed amore iustitiae, hoc est enim condelecta
ri non nisi gratiae deputanda sit.

Mar. dicit repugnare legi dei quis aliud quam peccare audeat
intelligere, non agere bonum nonne contra legem dei est &c.

Respondeo August. non solum audeat hoc intelligere, sed
multis locis apertissime dicit, vt ex supra allegatis constat, quod
ipsum concupiscere, qui est motus carnis siue sensualitatis,
rationi & legi rebellis, non est peccatum, nisi adhibeatur ra
tionis consensus. Hoc vult apostolus ad Ro. viij. cum dicit:
Nihil

Nihil ergo dānationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui nō secundum carnem ambulant. Illis enim baptisimus omnium præteritorum tam originalium q̄ actualium peccatorum reatum abstulit, ac per hoc omnem damnationem, & quādiu post adeptum baptisimum non secundum carnem ambulant, id est concupiscentiæ non consentiunt, nihil habent dānationis, quia non peccant.

Vnde duabus causis vitium aliquod, quo d̄ videtur esse contra legem, non est habenti peccatum. Prior causa est cum abest vsus rationis, aut liberi arbitrij, vt in dormientibus, furientibus, & infantibus, vnde Orige. in epistolam ad Ro. ponit exēplum de puero, qui patrem aut matrem percutit, vbi in puero videtur esse peccatum, sed peccatum est mortuum quia nondum adest puero lex scripta in cordibus hominū, quæ eū doceat, hoc quod facit fieri non licere, sine hac inquit lege & Pau. & omnem hominem certum est aliquando vixisse, hoc est in ætate puerili. Omnes enim similiter per illud tempus nōdum capaces naturalis legis sumus. Similiter Augustinus primo confessionum loquens de suis vitijs, in ætate infantiae dicit, Tunc reprehendenda faciebam, sed quia reprehendentem intelligere non poteram, nec mos reprehendi me nec ratio sinebat. Et idem de motu concupiscentiæ in corpore dormientis dicit, vt supra allegatum est. Item q̄ paruuli propria peccata non habent, habes eundem. August. de peccatorum meritis & re. lib. i. cap. xvij. & ca. xxxiiij. & manifestius ca. xxxv. & xxxvi.

Altera causa est q̄ is in quo vitium est non consentit, sicut in castis virginibus motus concupiscentiæ tendens ad fruitionem voluptatis carnis vitium est, non peccatum, cui vitio si ratio resistit castitatis actus non minuitur, nec inficitur, sed meritum eius augetur. Vnde Augusti. ix. super Genesim ad litteram capitu. x. Nunc vero transgrediendo præceptum (de Adam & Eva loquitur) motum legis illius, quæ repugnāt legi mentis in mēbris conceptę mortis habere meruerūt quę nuptię ordinant, continētia cohibet, & refrenat, vt quēadmodū de peccato factū est supplicium, sic de supplicio fiat meritū.

f ij

Dicit.

Dicit Mar. hoc & scholastici dicunt quod homo sit difficilis ad bonum, & pronus ad malum, & tamen audent dicere non esse peccatum in opere bono, quasi difficultas &c.

Respondeo quod pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, non faciunt opus virtutis esse peccatum, patet in martyribus in quibus naturalis amor vite presentis, & timor cruciatus & mortis, & ipse dolor qui dilectione iustitie vincitur, non minuit, sed potius auget martyrij coronam, vnde August. super Ioanem tractatu. cxxiij. tractans illud verbum Ioannis ultimo. Cum senueris extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non vis. Petrus utique crucifigendus quo nollet est ductus, solutus quippe a corpore volebat esse cum Christo, sed si fieri possit, prater mortis molestiam vitam concupiscebat aeternam, ad quam molestiam nolens ductus est, sed ab ea volens eductus est, nolens ad eam venit, sed volens ea vicit, & reliquit hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori, vsque adeo naturalem vt cum beato Pe. nec senectus auferre potuit & infra, Sed molestia quacumque sit mortis debet eam vincere vis amoris, quo amatur ille, qui cum sit vita nostra, etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis vel parua molestia, non esset tam magna martyrum gloria. Idem habes apud eundem de peccatorum me, & re. lib. ij. ca. xxxiiij. Sic potest etiam ostendi de virtute temperantiae & iustitiae, difficultas igitur in opere virtutis ratione aetatis, complexionis, consuetudinis, educationis, non solum non vitiat virtutis operationem, sed illustriorem & clariorem reddit, quando trahentibus ad malum, & retrahentibus a bono animus non cedit. Nec propter hoc dicendum est, quod lex dei non fiat ex puro amore, vel ex charitate, vel amore iustitiae. Nam & philosophis visum est, non in omni opere virtutis esse delectationem necessariam, sed Mar. fallit inaduertentia, vel inconsideratio, qua non perpedit aliam legem dei esse obligatoriam, pro vno statu, quae non est in obligatione pro alio statu, vt supra habitum est de lege Non concupisces, & de lege Diliges dominum, & de spiritu & littera ca. finali, de quo dicam infra latius. Non perpedit etiam, quod non qua
litercumque

litercunq̄ quod lex vetat facere peccatum est, sed voluntarie, hoc est ex libero voluntatis consensu, quod incalūniabiliter verum est, de peccato actuali, vnde Greg. Nunq̄ vasis iræ deus redderet interitum, si non voluntarium inuenirentur habere peccatum.

Quinto argumentatur, Mar, ex sententia Apostoli ad Galatas, v. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non quæcūq̄ vultis, illa faciatis. An etiam hic non sat apertus est Pau. Cōcupiscere aduersus spiritum peccatum est & contra legem dei.

Respondeo Augu. primo retractionum ca. xxiiij. q̄ prius exposuerat hæc verba, tanq̄ de eo dicta, qui adhuc sub lege esset, nondum sub gratia, retractat dicens, Nondum intellexeram hæc verba, & illis qui sub gratia sunt, & non sub lege propterea conuenire, quia & ipsi concupiscentias carnis habent, contra quas spiritu concupiscunt, q̄uis eis non consentiant, nollent tamen eas habere, si possent, & ideo non quæcūq̄ volunt faciunt, quia volunt eis carere, nec possunt. Tunc eas non habebunt, quando nec corruptibilem carnem, Eundem locum Apostoli, iij. cōmētariorum in epistolam ad Galatas sic explicat Hiero. Caro autem concupiscit aduersus spiritum & c̄. Caro præsentibus delectatur & breuibus, spiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgium media anima cōsistit habens quidem in sua potestate bonum & malum velle vel nolle, sed non habens hoc ipsum velle ac nolle perpetuum, quia fieri potest vt postq̄ carni consenserit, & opera eius fecerit, rursus per pœnitentiam se remordens spiritui copuletur, & opera eius efficiat. Hoc est ergo quod ait, Hæc enim sibi inuicem aduersantur id est caro & spiritus, vt non quæcūq̄ vultis illa faciatis. Non quo proprium nobis tulerit arbitrium, quo vel carni, vel spiritui assentiamur, sed quia quod facimus nō est nostrum proprie, sed opus ipsum vel carni vel spiritui deputatur. Grandis laboris & disputationis est nimie ostensis carnis operibus & spiritus, media aliqua reperire, q̄ nec ad carnem videantur pertinere, nec ad spiritum. Carnales dicimur quando totos nos voluptatibus damus, Spirituales quando

quādo spiritum sanctum praeuium sequimur, id est cum ipso sapimus, instruente ipso docemur auctore. Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiam, de quibus recte dicitur. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus, stulticia quippe est ei, quod ut manifestius fiat, aliquod sumamus exemplum. Caro, terra, anima, aurum, spiritus, ignis vocetur, quod diu aurum fuerit in terra perdit vocabulum suum, & a terra cui commixtum est appellatur. Cum vero separatum ab humo, auri & speciem & nomen acceperit, aurum quidem dicitur, sed necdum probatum. Si autem per ignem excoctum fuerit, & purgatum, tunc auri splendorem, & ornatus sui accipit dignitatem. Ita & anima inter humum & ignem, hoc est inter carnem. Spiritusque consistens, quādo se tradiderit carni, caro dicitur, quando spiritui, spiritus appellatur. Quod si proprio crediderit cogitatus, & absque gratia spiritus sancti inuenire se existimauerit veritatem, quasi aurum sordidum animalis hominis appellatione signatur. Vel aliter & ut ipse dicit melius vos autem fratres propterea secundum spiritualem legem debetis viuere, ne desideria quae carnis sunt perficiatis. Caro enim frigus timet, aspernatur famem, attenuatur vigilijs, libidinibus exardescit, mollia quaeque & iucunda desiderat. E contra spiritus ea quae carni contraria sunt, & quae illam debilitare queant expetit, & ita fit, ut non ideo, quia sub seruitute legis esse cessastis, putetis esse vos liberos, sed sciatis magis naturae vos lege retineri, quia non statim si lex non imperat, & natura cessauit, ne voluntatem scilicet vestram opera subsequantur, sed frequenter ea facere compellamini, repugnante carne aduersus spiritum quae facere non vultis.

Hic habes nostri arbitrij esse, ut carni vel spiritui assentiamur, & quod anima spiritui se iungens, efficitur spiritalis, & carni coniuncta carnalis. Item habes duas voluntates in homine, unam carnis, alteram spiritus, alteram sequentes puta spiritus sumus boni & spirituales, sequentes vero carnis voluntatem efficiamur mali & carnales. Non ergo recte concludit Mar. Caro concupiscit &c. quod concupiscere peccatum sit, & contra legem dei. Nec re
cte ac

cte accipit illam particulam, vt non quæcūq; vultis illa faciatis, per quam significat apostolus, q̄ sunt facienda solum ea, quæ volumus secundum spiritum, & non ea quæ volumus secundum carnem. Mar. vero accipit tanq̄ sensus sit q̄ voluntas carnis impediatur animam, ne sequatur voluntatem spiritus, quod verum non est, vt ex dictis patet. vnde Aug. ij. aduersus Iulianum post verba Grego. nazanzeni in apologetico, iam ne discernis, iam ne perspicias, iam ne respicias, & in baptisate om̄ium fieri remissionem peccatorum, & cum baptisate, quasi ciuile bellum interiorum remanere vitiorum. Non enim talia sunt vitia quæ iam peccata dicenda sunt, si ad illicita opera spiritum concupiscentia non trahat, & concipiat pariatq; peccatū, nec tamē extra nos sunt, quibus vincē discū in hoc certamine perficiētur laboramus instādū est nostra sunt passiones sunt, vitia sunt, frenanda cohibenda sananda sunt sed dum curantur infesta sunt, & si nobis ad melioria proficientibus magis magisq; minuūtur, tamen dum hic viuunt, esse non desinunt, discedente hinc anima pia peribunt, in resurgente corpore non redibunt.

Hic habes quo etiā si tardissimus es ingenio videas differentia peccati & vitij, & q̄ motus carnis nō faciūt in habēte reatū, vel debitū, sicut M. putat de quo iterū Aug. vi. cōtra Iulianū. Neq; em̄ nulla est iniquitas, cum in vno homine vel superiora inferioribus turpiter seruiūt, vel inferiora superioribus cōtumaciter reluctātur, etiā si vincere nō sinantur. Hanc iniquitatē si homo ab homine altero forinsecus aduersante pateretur, quia in illo non esset sine illo vtq; puniretur, quia vero in illo est, aut cū illo puniet, aut illo ab eius reatu liberato, sic in certamine aduersus spiritū pseuerat, vt hoīem iā non reū, ad nulla post mortē tormēta transmittat, nō alienet a regno dei, nulla dānatione faciat detineri, neq; vt ea penitus careamus aliena natura seiūgatur a nobis, sed quia nostræ naturæ languor est sanetur in nobis.

Falsum est igitur in omni opere bono esse aliquid debiti, vel defectus a lege, quā in operibus viatoris bonis sit aliqua imperfectio, quæ nō est peccatū, vt infra monstrabimus.

Argumē.

Argumentatur Mar. non em̄ sine carne fumus, nec sine ea operamur, at qualis est caro talia operatur &c.

Respōdeo, Si capiatur caro non pro toto homine, vt cum dicitur verbum caro factum est, & in Esaia. Videbit omnis caro salutare dei. Neq; pro altera parte hominis puta pro corpore, sicut capit in articulo fidei. Carnis resurrectionē, sed p corruptiōe & inordinatis desyderijs, sicut cū dicitur, Caro & sanguis regnum dei possidere nō possunt, neq; corruptio in corruptelam, quo modo debet accipere. Marti, si seruiat suo proposito. Non in omni opere viatoris caro cooperatur, sed multa sunt opera in quibus liberum arbitriū spiritum sequitur, vt ex dictis Hiero. patet, dato etiam q̄ caro voluntati spiritus resisteret, dummodo maiori amore iustitiæ carnis desyderium superetur, ipsum opus non inficitur, sed perficitur, vt de martyrio probatum est ex dictis Augu. Item ipsa concupiscentia quandoq; est in habitu tantum, & non in actu, & tunc non facit difficultatem in opere. Non enim oportet q̄ omnis potētia animæ, vel omnes habitus naturalis aut acquisitus semper sit in actu, aut q̄ eadem subiecto semper simul operetur. Instantia est de risibili & flebili in homine, Item de irascibili & concupisibili, & naturaliter habituatus vel passionatus præter habitum suum operatur. Et vt ait August. lib. vi. contra Iulian. cap. viij. fieri potest, vt insit qualitas mala, sed nulla tentatione cōmota, sicut inest timiditas homini timido, & quando non timet, ergo male concludit Marti, quomodo sine ea scilicet carne vel voluntate carnis operari potest, qui sine ea esse non potest. In multis enim contingit quod dicit Apostolus. Et si in carne non tamen secundum carnem ambulamus, per quod ostenditur similitudo non esse conueniens, quam inducit de instrumēto rubigine corroso, quia passionēs & affectus partis sensitivæ ratione regi possunt, & frenari vel ordinari, & tunc earum vsus erit bonus. Virtutes enim hominis viatoris non sunt impassibilitates, vt Peripatetici placet, & approbat Aug. ix. de ciuita. dei ca. iij. & v. vbi dicit. Non est nunc necesse copiose ac diligenter ostendere, quid de istis passionibus doceat scriptura diuina, qua Christi
ana eru

ana eruditio cōtinetur, deo quippe illam ipsam mentem sub
ijcimus regēdam & iuuandam, mentisq; passionēs ita mode
randas atq; frenandas, vt in vsum iustitiæ conuertantur, de
niq; in disciplina nostra non tam quæritur vtrum pius ani
mus irascatur, sed quare irascatur, nec vtrum sit tristis, sed vn
de sit tristis, nec vtrum timeat, sed quid timeat, irasci em̄ pec
canti vt corrigatur, Tristari pro afflicto vt liberetur. Timere
periclitanti ne pereat, nescio vtrum quisquam sana consyde
ratione reprehendat.

Sexto argu. Marti, ex parabola samaritani Lucae. x. qui se
miuiuum hominem infuso vulneribus oleo & vino, alliga
uit quidam vulnera, sed nunquid mox sanauit & c.

Respondeo dum de dogmatibus agitur, probationes fie
ri debēt ex apertis & certis scripturæ testimonijs, non ex du
bijs & obscuris, quæ multiplicem recipiunt intelligentiam,
quæ licet aliquam faciant suasionem, non faciunt tamen effi
cacem probationem, nisi ex fidei regulis & apertioribus lo
cis firmentur, vt habet Augustin, lib. de doctrina Christi, iij.
Hinc dicit idem ad. Vincentium donatistam, in sacris litteris
non esse efficax argumentum, nisi ex sensu litterali, & Hie
ro. lib. ij. commentariorum in Matthe. tractans parabolam de
fermento abscondito in farina, quam Mar. statim allegat cum
posuisset, iij. sensus, quorum, iij. parabolam explicat de myste
rio trinitatis, addit pius quidem sensus, sed nunq; parabolæ,
& dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatē do
gmatum proficere. Cum igitur Mar. istud suum dogma non
probet apertis scripturæ testimonijs, nihil eum iuuant para
bolæ, tamen videamus ipsam parabolam, sit ecclesia stabulū,
samaritanus vero Christus, semiuiuus peccator in originali
vel mortali peccato, quæramus iam quis sit stabularius. Res
pondet Ambro. vij. cōmentariorum super Lucam duos dena
rios accipit stabularius, quis ille, forsità qui ait, aestimo vt ster
cora vt Christum lucrifaciam quo curam haberet hominis
vulnerati, stabularius itaq; est ille qui dixit, misit me Christus
euangelizare. Stabularij sunt illi quibus dicitur. Ite in orbem
vniuersum & prædicare euangelium vniuersæ creaturæ, &

qui crediderit & baptisatus fuerit hic saluus erit. Saluus itaq; a morte, alius a vulnere, quod infixum est a latronibus. Beatus ille stabularius, qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille cui dicit dominus. Quodcumq; supererogaueris reuertens reddam tibi. Bonus dispensator qui etiam supererogat. Bonus dispensator Paulus, cuius sermones & epistolae veluti ei rationi quam acceperat superfluunt. Moderatum domini mandatum prope immoderato labore mentis & corporis executus, vt multos ab egritudine graui spiritualis eloqui dispensatione releuaret. Bonus ergo stabularius stabuli eius in quo agnouit asinus presepe domini sui, & in quo greges clauduntur agnorum, ne fremētibus ad caulas rapacibus lupis, facilis in ouilia sit incursus.

His vides in stabulo aliquos esse qui curent, alios nec omnes decumbere semiuuos aut vulneratos. Habes etiam q; aliquis plus potest facere, quam praecipit, vt Paulus gratis ponens euangelium, cui ordinatione domini licebat sumptus accipere. Vnde manifestum est q; Marti, non recte infert ex tenore huius parabolae, q; omnia opera nostra partim sint agra partim sana, si inferret de quibusdam, q; adhuc praeparantur ad plenam reconciliationem, ferendum esset. Et q; peccatores reconciliati sani dicantur, habes apud Ambrosium dicentem. Nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus, & illi qui vocantur ad coenam prius vocando sanantur, si claudus fuit, gradiendi facultatem vt veniret accepit, si lumine erat priuatus oculorum, domum utiq; domini nisi refusa luce intrare non potuit, vbiq; ergo mysterij ordo seruetur, vt prius per remissionem peccatoribus vulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mensae coelestis exuberet, haec ille.

Item Hierony. iij. aduersus pelagianos nobis post baptismum dicitur ecce sanus factus es, iam noli peccare ne quid deterius tibi contingat. Et q; eadem sit ratio de poenitentia probatur ex Augustino in homilia de decem leprosis, qui inter eundem ad sacerdotes mundati sunt, vbi vult significare q; per poenitentiam a lepra mundetur peccator, ad idem facit

facit vocatio Matthæi, Zazei, Magdalenaë, vbi dicitur non est opus valentibus medicus, & hodie huic domui salus facta est, & fides tua te saluam fecit, vade in pace.

Inducit etiam Marti, Matthæi, vii, vbi dominus loquens Apostolis, Si vos cum sitis mali nostis &c. Ex quo concludit, qd Apostoli erant plane mali, & vltra qd erant arbor mala

Respondeo qd dominus loquitur in genere de quolibet homine. Nam præcedit, aut quis ex vobis homo, quem si petierit filius panem, nunquid lapidem porriget ei, vbi vult qd q̄tumuis malus homo tamen filios suos diligit, & petentibus bona concedit, vnde Cyprianus lib. iiii, epistola, ij, dicit. Comparat hic dominus carnalem patrem & dei patris æternam largamq; pietatem, qd si iste in terris nequam pater offensus grauitè a filio peccatore & malo, si tamen eundem postmodum viderit reformatum, & depositis prioris vitæ delictis &c. Item si particulariter intelligis de Apostolis, eo tempore adhuc carnales erant, & secundum aliquid mali saltem habitualiter, dato tamen qd de eis loquatur iam spiritualibus factis post acceptum spiritum sanctum in die Pentecostes, qui adhuc aliquid malitiæ habent, puta peccata venialia ex fragilitate prouenientia, & vt supra dictum est secundum aliquid sunt adhuc carnales, venundati, captiui. Non rectè infert Mar. qd essent arbores malæ. Nam arbor bona iuxta Au: in enchiridio ca. xv, est voluntas bona, & arbor mala voluntas mala. Fructus vero est opus ex voluntate procedens, & qd vtracq; oritur ex natura bona, sicut ex bona terra arbor bona oritur & mala. Idem contra litteras Petilianus lib. iij, capitulum xliiij, & contra Iulianum lib. i, ca. iij, vbi ostendit voluntatem accipi pro operatione, non pro natura vel potentia.

Ex dictis videt qui non est contentiosus, qd rationabiliter Marti, theologos reprehendat, tanq; eos qui reliquerint sensum & sermonem sacrarum litterarum, rem eo deducens, vt plane fateatur, se in scholastica theologia nihil didicisse aliud, qd ignorantiam peccati, iustitiæ, baptismi &c. qui si scholasticam theologiam vocet eam, quæ in publicis scholis docetur & traditur, comprehendit & legem & prophetas & euāgelium,

gelium, hæc em̄ docentur in scholis. Si vero intelligat lib. sententiarum & doctores circa illos scribentes Alexandrū, Thomam, Albertum, Bonauenturā, non possum adduci vt credā Mar. esse ingenio tam obtuso, vt nihil eorum quæ illi scripserunt intellexerit, q̄ si intellexit in sanctos & doctos viros esse vehemēter ingratus, & insignem eis facit iniuriā, ac iuuentuti quātum in se est affert magnum detrimentum, quam his verbis absterre conatur, ne eos legat, sed illis omnibus cōtemptis sacras litteras amplectatur, q̄ si quis est eo ingenio vt sine istorum adminiculo possit eas inoffense legere, intelligere, & tractare, recte illi consulitur, sed regulariter plus utilitatis, & minus periculi in tractandis sacris litteris habebit, qui scholasticos prius diligenter legerit, dum iuuenis est, & per ætatem licet, modo simul tēpore bonam diei partem textui bibliæ ediscendo impendat, contentus interim mediocri intelligentia. Hæc est mea sententiā, a qua non recedā, donec video rationes quibus moueor ab aliquo esse solutas.

Septimo argu. Mar. ex parabola Matth. xiiij. Simile est regnum cœlorum fermento &c. Hanc parabolam sic explicat Hiero. ij. cōmentariorum in Mattheum, diuersus est hominū stomachus, alij amaris, alij dulcibus, alij austerioribus, alij leuibus delectantur cibis. Proponit itaq; dominus, vt iam supra diximus diuersas parabolas, vt iuxta vulnerum varietates, & medicina diuersa sit. Mulier ista quæ fermentum accepit, & abscondit illud in farinae satis tribus, donec fermentaret totū, vel prædicatio mihi videtur apostolica, vel ecclesia quæ de diuersis gentibus congregata est. Hæc tollit fermentum notitiam scilicet & intelligentiam scripturarum, & abscondit illud in farinae satis tribus, vt spiritus anima & corpus in vnū redacta non discrepent inter se, sed cum duobus & tribus cōuenienter impetrent a patre quodcunq; postulauerint, differitur locus iste & aliter. Legimus in platone, & philosophorū dogma vulgatum est, tres esse in humana anima passiones, to logicon, quod nos possumus interpretari rationale, to thymicon, quod dicimus plenum iræ vel irascibile, to epithymicon, quod appellamus concupiscibile & putat ille philosophus ra-

phus rationale nostrum in cerebro, iram in felle, desyderiū
in iecore commorari. Et nos ergo si acceperimus fermentum
euangelicum sanctarum scripturarum de quo supra dictum
est, tres humanae animae passiones in vnum redigentur, vt in
ratione possideamus prudētiam in ira odium cōtra vitia, in
desyderio cupiditatē virtutum, & hoc totum fiet per doctri-
nam euangelicam quam nobis mater ecclesia præstitit, dicā
& tertiam quorundam intelligentiā, vt curiosus lector e plu-
ribus quod placuerit eligat. Mulierem istam & ipsi ecclesiā
interpretantur quæ fidem hominis farine satis tribus cōmis-
cuerit credulitati patris & filij & spiritus sancti. Cuncq; in v-
num fuerit fermentata non nos ad triplicem deum sed ad v-
nius diuinitatis perducit notitiā. Farinæ quoq; sata tria dum
non est in singulis diuersa natura ad vnitatem trahunt substā-
tiæ, pius quidem sensus &c.

Vides hanc sententiam nihil facere ad propositum Marti,
vt per id probet omnem operationem viatoris esse non pu-
re bonam sed aliquid habere malitiæ. Nam vt demus Mar. q̄
fermentum sit gratia nobis donata in spiritu fidei, sicut ipsum
fermentum in ea parte farine quam fermentat naturam suam
facit & obtinet vt ea pars acelescat, similiter gratia christi in ea
parte animæ quam inhabitat naturam suam facit vt secundū
illam sit homo bonus, sanctus, diuinus. Fermentum enim se-
cundum Hierony. hanc vim habet vt si farine mixtum fuerit
quod paruum videbatur, crescat in maius & ad saporem su-
um vniuersam consersionem trahat, ita & doctrina hæreti-
ca si vel modicam scintillam in tuum pectus iecerit in breui
ingēs flamma succrescit & totam hominis possessionem ad
se trahit.

Vnde fermentum propter vim & efficaciam ad se trahen-
di & in se mutandi in breui totam massam, dupliciter accipi-
tur in scriptura, in bonam partem vt hic. In malam vero vt. i.
ad Corinthio. v. Nescitis quia modicum fermentum totam
massam corrumpit, & Matthæi. xvi. Cauete a fermento pha-
riseorū id est. a doctrina, & expurgate vetus fermentū, quia
eiecto fornicatore vetus fermentum eijcitur. Ideo autem ve-
tus ga

tus quia antiqui erroris peccatum est. Noua autem consper-
sio Christi doctrina est.

Quod addit Marti, peccatum remanere post baptismum
sufficienter improbatum est supra ex dictis Augu. & quod
addit de subiecto gratiae & concupiscentiae, & vult gratiae
& charitatis subiectum esse totum hominem, non solum ani-
mam aut eius partem nobiliore, satis absurde loquitur. Cum
secundum Augusti. Virtus sit bona qualitas mentis, & secun-
dum eundem mens sit caput animae. Item secundum eundem
voluntas est qua recte viuitur & peccatur. Item, xiiij. de trini-
tate capi. ij. Fides res est cordis non corporis. Simile est quod re-
prehendit theologos distinguentes carnem & spiritum me-
taphysice, cum & Christus corpus & animam sic distingat
quasi duas substantias cum dicit. Nolite timere eos qui occi-
dunt corpus, animam autem non possunt occidere, & ali-
bi. Spiritus quidem proptus est caro autem infirma, & Pau-
lus primo ad Thessalonicenses. v. Ipse autem deus pacis, sanc-
tificet vos per omnia vt integer spiritus vester & anima &
corpus. vbi Gregori. Nyfenus sic inquit. Cum enim homo
ex omni sit animarum specie admixtus, ea scilicet quae plan-
tis inest, mox sensibili & intellectiua, cum spiritum dicit. Apo-
stolus profecto intellectiuam expressit, cum animam sensua-
litate ipsam, cum corpus vitam inesse nobis ostendit, quae
& in plantis esse comperitur. Precatur itaque & optat, hos om-
nes per omnia sine querela seruari, & in cunctis deo vt ob-
sequantur. Potest quidem recte accipi quod fermentum, id est,
gratia fermentet totum, quia tandem per gratiam, quae men-
tis est vt subiecti, totus homo fiet immortalis, eiecta mortali-
tate & mortis tyrannidae ex omni parte hominis, iuxta id quod
Apostolus ait. Si spiritus Christi habitat in vobis viuificabit
& mortalia corpora vestra, & ad Roma. Gratia dei vita eter-
na, sed id fiet charitate mentis vt subiecti, quae corpori ad nu-
tum obtinerabit, non autem corpori inharebit, eritque in cor-
pore, vt rex in regno, non vt in subiecto, habeat quod Marti, di-
cit aliquem verum sensum sed improprium, & non arguat
melius & scripturae & veteribus tractatoribus conformis lo-
quētes

Inducit Mar. verbum Sapiētis prouerbio (quentes.
rum. xx. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus
sum a peccato. Sed q̄ nihil seruiat suo proposito ostēdit Hie-
ronymus vel Beda in commentarijs prouerbiorum dicens.
Notandum q̄ non ait, quis potest mundum habere cor, &
purus esse a peccato, sed quis potest dicere inquit. Mundum
est cor meum, purus sum a peccato, quia sunt qui largiente
diuina gratia possunt iuxta humanum modum, & cordis &
operis munditiam habere. vnde est illud dominicum. Beati
mundo corde, quoniam & ipsi deum videbūt. & in psalmo.
Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco e-
ius? Innocens manibus & mundo corde. Si enim nemo mū-
dum habet cor, neq; vllus purus est a peccato, consequens
est profecto, vt nullus ascendat in montē domini, nullus stet
in loco sancto eius. Quia vero constat multos ascensuros in
montem domini, staturōsq; in loco sancto eius, restat vtiq;
vt multi sint mundo corde & iuxta humanae possibilitatis
modum puri a peccato, nec tamen seipsum quisquam mun-
dum corde, & immunem a peccato absq; temeritate pronū-
ciat. Stulta est namq; proprie laudis iactantia, temerarium de
sua quemq; innocentia vel iustitia gloriari.

Item Aug. lib. de perfectione iustitiæ eandē sentētiā sic
explicat. Nos autem huic respondentes dicimus, ideo secutū
esse. Quis gloriabitur castum se habere cor, quoniā precessit
cum rex iustus sederit in throno. Quantalibet em̄ iustitia sit
præditus homo cogitare debet, ne aliquid in illo quod ipse
non videt inueniatur esse culpandum, cum rex iustus fede-
rit in throno, cuius cognitionem fugere delicta non possunt
nec illa de quibus dictum est delicta quis intelligit? Cum er-
go rex iustus sederit in throno quis gloriabitur castum se ha-
bere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato, &
infra. Hoc prorsus agitur vt cor mundetur, & peccatum o-
mne tollatur, & quod iudex iustus cum in throno sederit, oc-
cultum inuenierit minusq; mundatum, eius misericordia re-
mittatur, vt deo vidēdo totum sanum mundumq; reddatur.

In eundē sensum explicat in li. de sancta ȳginitate, ca. xlviiij.
Et q̄

Et quod inducit Mar. Genesis. viij. Non remanebit spiritus meus in homine, quia caro est, illic homo vocatur caro, eo genere loquēdi, quo aliquis vocatur hoc quod præcipue curat, sicut parasitus venter vocatur.

Octauo argu. Mar. ex verbo psalmi. clxij. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ex quo vult concludere q̄ iustus in suo actu bono non est sine peccato, & tali peccato, pro quo posset a deo damnari.

Hiero. lib. i. cōmentariorum in epistolam ad Ephesi. Quæritur quomodo sanctus quis & immaculatus sit coram deo cum propheta testetur dicens. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Aut enim sancti & immaculati coram deo Ephesij sunt, & falsum est hoc quod dicitur. Nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, aut si nemo iustificatur in cōspectu dei, falsum est quod præcessit, sanctos & immaculatos esse in conspectu dei. Ad quod bifariam est respōdendum. Non enim ait Pau. Elegit nos ante constitutionem mundi, cum essemus sancti & immaculati, sed elegit nos vt essemus sancti & immaculati, hoc est qui sancti & immaculati ante non fuimus, vt postea essemus, quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest, & stabit illa sententia Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, id est in tota vita sua, in omni quo in mundo isto conuersatus est tēpore, & paucis interpositis. Non enim Pau. & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati eliguntur, sed eliguntur & prædestinantur, vt in consequenti vita, per opera atq̄ virtutes sancti & immaculati fiant. Deinde & sic sentiēdum est, quia non dixerit. Non iustificabitur in conspectu tuo q̄piam viuens, sed omnis viuens id est non iustificabuntur omnes, iustificabuntur vero aliqui.

Item Aug. in lib. de perfectione iustitię cum Celestius ablegasset, quoniam non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens nec soluisset. Augu. inquit. Aperta sententia est de superiore versu illustrius declarata. Non intres inquit in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo
omnis

omnis viuens. Iudicium timet quia misericordiam desiderat
qua superexaltat iudicio, hoc est enim, Ne intres in iudiciū
cum seruo tuo, noli me iudicare secundum te, qui es sine pec-
cato, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs
quod de hac vita dictum sine difficili quaestione intelligitur,
& quod ait non iustificabitur ad illam perfectionem iustitię
retulit, quę in hac vita non est. Hic nota aliud est nullus vi-
uens iustificabitur. Aliud vero nullus viuens in conspectu
dei iustificabitur. Primum enim falsum est, & contra scriptu-
ram ad Roma. ij. Factores legis iustificabuntur. & ca. ij. Iusti-
ficati gratis. &. iij. Reputatum est illi ad iustitiam, & iustus
ex fide uiuit. Secundum vero per comparisonem intelligi-
tur iustitię hominis ad iustitiam dei, quia tota vita dei est si-
ne peccato, non autem tota vita iusti viatoris. Nam omnis vi-
ator pro aliqua parte vitę suę in peccato est. Et pro tanto in-
uenitur discordās a iustitia dei, secundū quā nō vult iudicari

Et q̄ non sit mens Aug. Omne opus iusti esse peccatum,
constat legenti opera eius ex locis pœne immuneris, sed ad
presens sufficit quod dicit in lib. de natura & gratia vbi ca.
xxxv. de Pelagio loquens ait, sed acute videtur interrogare
quomodo istos sanctos de hac vita abiisse credendum sit, cū
peccato, an sine peccato, vt si responsum fuerit cum peccato
putetur eos secuta damnatio, quod nefas est credere. Si autē
sine peccato dictum fuerit, eos exisse de hac vita, probat ho-
minem saltem appropinquante morte fuisse sine peccato in
hac vita, vbi parum attendit cum sit acutissimus, non frustra
etiā iustos in oratione dicere, dimitte nobis &c. Dominū
& Christum cum eandem orationem docendo explicuisset,
veracissime subdidisse, si enim dimiseritis peccata hominibus
dimittet vobis pater peccata vestra. Per hoc eum cotidianū
spiritalē quodammodo incensum, qđ ante deum in altari cor-
dis, quod sursum habere admonemur, infertur, etiā si non
hic viuat sine peccato, licet mori siue peccato, dū subinde ve-
nia deletur, qđ subinde ignorantia vel infirmitate cōmittitur.

Ex istis patet qđ nihil valet consequentia quam facit Mar.
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs, ergo nul-

h i lus vi

luis viuit vita mortali qui non in quocunq; opere peccet, sed est sophistica illatio, & violenta scripturę peruersio. Vnde apparet verum esse q; Marti, scripturam peruertit. Et cum reuertitur ad materiam suę conclusionis p̄cedentis, de actu medio inter bonum & malum, reputans magnum inconueniens in peccatore ponere aliquē actum mediū inter meritorium & demeritorium, quis ip̄e int̄tū suū nō prober, tñ q̄a nō seruit nostro p̄posito p̄tereo, nisi qd̄ tacēdū nō est, q; dicit scholasticā theologiā esse cōtra theologiā sacrā. Nā & apud veteres theologos reperiūtur, q; ponūt actū mediū, reperiunt & q; negent, sicut apud scholasticos. Nā Greg. de arimino tollit actū mediū inter bonū & malū moraliter. & Thomas negat actū indiuidualē esse, q; nec sit bonus nec malus moraliter, ita int̄pestiue inuehitur in theologiā scholasticā & p̄ter occasionē,

Similiter non recte infert q; non sit aliquis actus medius inter bonum & malum cum Greg. dicat, sunt qui proximos diligunt, sed per affectionem cognationis & carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt, sed aliud est quod sponte inpenditur naturę, aliud quod p̄ceptis dominicis ex charitate debetur obedientię.

Hic habes actum non meritorium vitę eternę, & tamen non prohibitum per sacras litteras, ergo non peccatum, cum omne peccatum sit prohibitum, vnde Aug. ij. lib. de pec. me; & re. ca. xvi. Nam neq; peccatum erit si quid erit, si non diuinitus iubeatur vt non sit. Et minus tolerabile est q; vult omne opus peccatoris extra charitatem existentis, q̄tumuis de genere bonorum esse mortale peccatum. Nam quicquid sit de operibus infidelium, de quibus infra dicitur, saltem peccatores Christiani non possunt dici peccare mortaliter in omni opere suo, vt verbi gratia, Fornicator aut adulter dans elemosynam ex naturali pietate, aut honorās parētes, aut solūēs debitū, vel reddens depositū. Similiter dici non potest q; christianus piurus aut fur reddēdo vxori debitū cōiugale, in ip̄so facto peccet mortaliter, & si quis hoc dixerit, p̄ter id q; humanā vitam confundit, sanctis & scripturę cōtradicit. Nā Hiero. dicit non est tā iniustus deus, vt propter multa mala, obliuiscā

obliscatur paucorū bonorum. & Aug. de patientia qua he-
reticus sustinet mortē potius q̄ neget Christum, dicit non so-
lum non vituperanda sed laudanda patientia est. & Apoca-
ij. Angelo ephesij ecclesie dicitur. Scio opera tua & laborem
tuum, & patientiā tuam, & quia non potes sustinere malos,
& tēstasti eos qui se dicunt esse apostolos & non sunt, & in-
uenisti eos mendaces, & patiētiā habes, & sustinuisti pro-
pter nomen meum, & non defecisti, sed habeo aduersum te
pauca, q̄ charitatē tuam primā reliquisti. Memor esto itaq̄
vnde excideris, & age p̄nitentiā & prima opera fac, sin au-
tem venio tibi, & mouebo candelabrū tuū de loco suo nisi
p̄nitentiā egeris, sed hoc habes quia odisti facta nicolaitarū.

Hic licet priora possint accipi de operibus p̄cedentibus
peccatū, saltem hoc vltimū accipi nō potest nisi de eo qui
est in statu peccati. Et similia scribuntur angelo pergami.

Nō est mihi propositū oīa q̄ M. agit p̄tractare, & maxime
ea q̄ sunt p̄blematica, & p̄babiliter p̄ vtraq̄ parte defendū-
tur a magnis & eruditis viris, cuiusmodi est illud, an aliqd̄ sit
p̄tīm natura sua veniale, an nō, sed om̄e p̄tīm sit natura mor-
tiferū, & sola dei bonitate veniale, q̄ d̄cūq̄ veniale dicit vtra-
q̄ pars ei magnos habet p̄onos. Mihi tñ videt q̄ M. eā par-
tē quā amplectit nō sincere tractat, & sine ratiōe cōrumelio-
se loquitur in aduersam partē, & vt in trālitu aliqd̄ attingā, cō-
tra eā partē esse videt qd̄ Iob dicit. Vtinā appēderētur pecca-
ta mea, q̄bus irā merui, & calamitas quā patior in statera, q̄si
arena maris hęc grauior appareret. Facit & q̄ qdā mādata di-
uina dicūt magna, qdā minima, & vidēdū est ne vt inqt̄ Hie-
ro. serula dignū claua vel securi p̄cutiat. Videt ei M. nobis in-
ducere deū draconī atheniēsiū legū latorī similē, q̄ minima
delicta extremo supplicio afficiat, aut saltē digna iudicet mor-
te, q̄ nulla in ciuibus suis habeat p̄ua delicta. M. fallit opinor
q̄ putat om̄e qd̄ est cōtra legē diuinę maiestatis, velut lesē ma-
iestatis crimē hñdum esse, qd̄ verū nō est. Habet em̄ deus sa-
pientissimus legū lator leges & regulas magnas, medias, &
infimas, atq̄ iubet, p̄hibet, ordinat vnūq̄q̄, nō modo p̄ suā
maiestatis dignitate, sed p̄ creaturę cōueniētia, cui⁹ salutē &
h ij felicitati

felicitati per suas leges consulit, demus simile exempli gratia
parens aut præceptor puero leges præscribit, ne quem occi-
dat aut mutilet, non libidine utatur, nõ rapiat, aut furetur, ite-
ne sit impexus, illo-
tus, ne liber maculetur, calamus ne perda-
tur, vestis non laceretur, quid si calamum negligentia amife-
rit aut fregerit. Nũquid sic argumentabitur securi vel extre-
mo supplicio dignus est, quia paternam legem transgressus
est, aut mandatum præceptoris post habuit. Neminem credo
qui recte sapiat hoc dicturum. Videmus vtrumq; hoc exem-
plo in æstimandis delictis, non modo attendi oportere, con-
tra cuius legem peccetur, sed etiam quãti ponderis sit res, in
qua peccatur. Hæc in transitu dixisse sufficiat, nã exacta dis-
cussio longum requirit tractatum.

Venio ad auctoritates quas Marti. allegat ex Aug. quartã
prima est ex lib. ix. confessionũ circa finem. Ve etiam lauda-
bili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam, que
vt melius intelligatur repete verba supiora ab eo loco. Ego
autem (Aug. loquitur de sua matre defuncta) Ego autẽ iam
sanato corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carna-
lis affectus. Fundo tibi deus pater pro illa famula tua longe
aliud lachrymarum genus, quod manat de concusso spiritu
consideratione periculorũ omnis animæ, quæ in Adam mo-
ritur, q̃q̃ illa in Christo viuificata etiam nondum carne reso-
luta sic vixerit, vt laudetur nomẽ tuum in fide moribusq; e-
ius, non tamen audeo dicere ex quo eam per baptismum re-
generasti, nullum verbum exisse ab ore eius contra præcep-
tum tuum. Et dictum est a veritate filio tuo. Si quis dixerit
fratri suo fatue reus erit geennæ ignis. Et ve etiam laudabili
vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam, quia ve-
ro non exquiris delicta vehemẽter, fiducialiter speramus ali-
quem apud te locum inuenire indulgentiæ. Quisquis autẽ
tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi mune-
ra tua. O si cognoscãt se omnes homines, & qui gloriatur in
domino gloriatur. Ego itaq; laus mea & vita mea deus cor-
dis mei, sepositis paulisper bonis eius actibus, pro quibus ti-
bi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meę depre-
cor te

cor te, exaudi me per medicinam vulnerum nostrorum, que
pendit in ligno, & sedens ad dexteram tuam te interpellat
pro nobis. Scio misericorditer operatam, & ex corde dimisit
se debita debitoribus suis, dimitte illi & tu debita sua, si qua
etiam contraxit per tot annos post aquam salutis.

Hic habes quaedam opera quae Augu. seponit & separat
oraturus pro peccatis matris suae, ex quo apparet Augu. illa
opera matris suae non numerasse inter peccata, alias non tam
tum pro eis gratias ageret, sed misericordiam peteret. Et item
habes quod ve est vitae laudabili, si deus eam sine misericordia
discutiat, non propterea quod quodlibet opus viuētis huiusmo
di vita sit peccatum, aut mixtum cum peccato, sed quia lau
dabiliter viuens non perpetuo bene agit, sed aliquoties pec
cat, pro quibus opus habet misericordia. Nō efficit ergo quod
Mar. vult in omni opere bono esse peccatum, sed potius cō
trarium. Item ex ea sententia non concludit omne peccatum
natura sua esse mortale, ex eo quod opus habet misericordia re
mittente, quia deus non potest non agere misericorditer iux
ta illud. Vniuersae viae domini misericordia & veritas. Imo
modo quodam magis deo cōuenit misereri, quā punire, quod
dicitur ei proprium esse misereri, quod quale sit exacte pro
nunc nō disputo. Et cū allegat Aug. qui dixerit fratri suo fa
tue reus erit geennae ignis, quod videtur leue peccatum, sci
endum sicut ait Chrylost, non leue esse cōiuitium fratrem vo
care fatuum, quod est sine cerebro vel sine ratione, in quo
fratri auferitur quod est in eo praecipuum & maximū, & cū
dicitur animo contemnentis aut vindicantis & cum plena
deliberatione graue peccatum est, alias potest ex ira veniali,
& surreptitia dici, potest & animo obiurgantis vel corripiē
tis sine peccato dici, vt Christus discipulis, adhuc & vos sine
intellectu estis, & o stulti & tardi ad credendum, & Pau. Ga
latas vocat stultos & insensatos.

Secundo sententia Aug. quam allegat Marti. est ex lib. re
tractionum, i. ca. xix. Omnia mandata facta deputantur quā
do quicquid non fit ignoscitur quod vt intelligas repete alti
us. Item quod scriptum est Iota vnum aut vnus apex nō trā
siet a

siet a lege, donec omnia fiant, cum exponerem dixi, nihil posse aliud intelligi nisi vehementem perfectionis expressionē; Vnde merito quæritur vtrum ista perfectio sic possit intelligi vt tamen verum sit, neminem iam vntem voluntatis arbitrio hic viuere sine peccato. A quo em̄ vsq; ad vnum apicem lex perfici potest, nisi a quo fiunt vniuersa diuina mandata. Sed in eisdem mandatis est etiam quod iubemur orare. Dimitte nobis debita nostra sicut &c. Quam orationē vsq; in finem sæculi tota dicit ecclesia, Omnia ergo mandata facta deputantur quando quicquid non sit ignoscitur.

Attende lector aliud esse si dicas nulla mandata implentur. Aliud non omnia mādata implentur. Cum igitur Aug. quæstioni respōdens qua quæritur. Vtrū aliquis in hac vita omnia dei mādata implerit, pro eodē habeat vixisse sine peccato, & omnia mandata impleuisse, satis apparet eum velle dicere, q̄ omnis vtens ratione quædam dei mandata non impleat, eo q̄ in quibusdam peccet, & peccando mandatū trāsgrediat, sed non propterea necessario damnabitur, eo q̄ inter mandata prouisum est fragilitati humanæ remediū, humilis oratio & fraternæ iniuriæ voluntaria remissio, vt ante diuinum iudiciū censeatur homo omnia impleuisse mandata, qui plura impleuit, & de aliquot non impletis veniam impetrauit, sicut debitor creditori omnia soluisse dicitur si partem soluerit, & alia pars debitorum sit petenti condonata, maxime si pacto vel lege inter creditorem & debitorem ita conuentum sit, quod in casu quo debitor non sit soluendo, ipse creditor contentus erit, & remittet debitum ex corde petenti.

Eandem sententiā habes alijs pluribus locis vt lib. de peccata, me. & re. capitu. xvi. vbi Augustinus dicit. Neq; negandum est deum iubere ita nos in facienda iustitia esse debere perfectos, & nullum habeamus omnino peccatum. Nam neque peccatum erit, si quid erit, si non diuinitus iubeatur vt non sit. Cur ergo iubet (inquiunt) quod scit nullū hominum esse facturum. Hoc modo etiam dici potest, cur primis illis hominibus iusserit, qui duo soli erant, quod sciebat eos non esse

esse facturos. Neque enim dicendum est ideo iussisse, ut nostrum aliquis id faceret, si illi non facerent. Hoc enim ne de illa scilicet arbore cibum sumerent, non nisi illis solis deus iussit, quia sicut sciebat quid iustitiæ facturi non erant, ita etiam sciebat quid iustitiæ ipse de illis erat facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus ut non faciant vllum peccatum, quamuis sit præsciens neminem hoc impleturum, ut quicumque impie & damnabiliter eius præcepta contempserint, ipse faciat eorum damnatione quod iustum est, quicumque autem in eius præceptis & pie proficientes, nec tamen omnia quæ præcepit implentes, sicut sibi dimitti volunt si alijs peccata dimiserunt, ipse faciat in eorum mundatione quod bonum est. Quid enim dimittenti dimittitur per dei misericordiam, si peccatum non est, aut quomodo non veratur per dei iustitiam si peccatum est. Idem diffuse tertio aduersus duas epistolas pelagianorum capitu, vii, & de spiritu & littera capitulo ultimo.

Hic clare vides quod hanc Aug. sententiam M. violenter torquet, cum ex ea vult inferre quod mandata non impleantur operantibus hominibus, sed ignoscente deo, & quod in ipso opere quo mandatum impletur sit peccatum.

Tertia sententia quam citat M. est ex epistola Aug. xxix, quæ est ad Hiero, qua de virtutibus disputans dicit, Et ut generaliter breuiterque complectar quam de virtute habeam notionem, quod ad recte viuendum attinet. Virtus est charitas qua id quod diligendum est diligitur. Hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est, plenissima vero & quæ iam non possit augeri, quamdiu hic homo viuit est in nemine, quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet ex vitio est. Ex quo vitio non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Ex quo vitio non iustificabitur in conspectu dei omnis viuens, propter quod vitium, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est, propter quod etiam quælibet profecerimus, necessarium est nobis dicere, dimitte nobis debita nostra cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata dimissa sunt

Respōdeo

Respondeo. Primum tota illa epistola Aug. inquit & disputat & suspensam tenet sententiam expectans Hiero. iudicium, & licet Hiero. Aug. sententiam non improbet tamen eam non approbat. Inquit enim duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti eruditissimis, & omni eloquentiae splendore fulgentibus, ad tempus respondere non potui non quo quicquam in illis comprehendendum putem, sed quia iuxta apostolum, Vnusquisque in suo sensu abundet. Alius quidem sic alius autem sic, & infra, Nos enim inter nos eruditionis causa differimus, ceterum emuli & maxime heretici, si diuersas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Ex his constat non posse citari hanc epistolam tanquam de mente & sententia Aug. Insunt etiam quaedam ipsi lib. alia non parua habentia difficultatem, ut potest attente legensprehendere, tamen ne fugere videamur & quia Augusti, post mortem Hiero. lib. edidit, nec retractauit in illo quicquam, tanquam ea fuerit mens Aug. sententiam explicemus. Primo pondera quod dicit virtus quod ad recte viuendum attinet, ut non de quacumque virtute loqui intelligatur, non corporis, non animae naturalis, non vsu acquisita, sed diuinitus infusa, nec ea tamen omni, non enim de spe & fide, sed tantum de virtute summa loquitur, qua recte viuatur non qualitercumque, sed simpliciter & absolute & qua recto itinere pergitur in finem felicitatis aeternae, ut per eam virtutem fiat in habente fons aquae salutaris in vitam aeternam, alias omni virtute suo modo recte viuatur. Nam & temperantia temperanter fortitudine fortiter iustitia iuste prudentia prudenter & fide viuatur fideliter. Ita temperanter fortiter iuste prudenter fideliter viuere quid aliud est quam recte viuere. Sed propterea charitate absolute recte viuatur, quod charitas in voluntate sit, quae omnibus animae potentibus vitur. Alijs vero virtutibus ex parte recte viuatur, quod partem quandam hominis rectam faciant, non necessario totum hominem. Hinc sumptum est quod dicitur charitatem esse formam virtutum, quod alias scilicet compleat, viuificet, perficiat. Deinde pondera quod dicit, quam diu autem augeri potest illud quod minus est quam debet ex vitio est, non dicit potest, sed debet. Nam

bet. Nam sine vitio habentis potest charitas esse tam in actu,
q̄ in habitu minor, & infra summam, non modo in angelis
ante confirmationem, & in homine pro statu innocentiae an-
te peccatum, sed etiam in iusto viatore pro statu naturae lap-
sae, vt expresse dicit, Idem Aug. de spiritu & littera ca. vltimo
& supra allegatum est, & idem dicit, vij. ca. iij. lib. contra du-
as epistolas pelagianorum ad Bonifacium papam. Item pō-
dera quod dicit minor potest em̄ intelligi intensiōe & du-
ratione, duratione quidem in viatore minor est in statu natu-
rae institutae & lapsae, q̄ in statu comprehensoris. In hoc enim
semper in actu est & nunq̄ interrūpitur, vbi homines sunt
equales angelis, qui semper vident faciem patris, in illo vero
necessario actus interrumpitur propter corpus mortale vel
animale. Itē p̄t dici minor intensiue minus feruens aut minus
ardens, quod item necessarium est pro statu viae vbi anima
distrahitur nec tota in suam monadem colligitur, donec mor-
tale hoc induerit immortalitatem. Et licet vtroq̄ modo con-
tingat sine peccato, tamen saepe in viatore vtroq̄ modo mi-
nor est charitas, propter quendam inordinatum amorem re-
rum temporalium, qui surgit ex vitio fomitis, sicut loquitur
Aug. lib. confessionum. Minus te amat qui tecum aliquid a-
mat, quod non propter te amat, hoc est quod hic dicit profe-
cto illud quod minus est q̄ debet, ex vitio est fomitis, scilicet
relicti ex originali, ex quo vitio non est iustus in terra qui fa-
ciat bonum & non peccet, id est qui perpetuo faciat bonū,
& nunq̄ peccet, ex quo vitio non iustificabitur in cōspectu
dei omnis viuens, quia ex eo vitio surgūt peccata ad minus
venialia, quibus fit vt homo non per omnia quadret regulae
diuināe iustitiae, propter quod vitium si dixerimus quia pec-
catum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in
nobis non est, quod eundem sensum habet cum supradictis
quia vitio fomitis frequenter peccant etiā iusti & sancti pro-
pter ignorantiam aut infirmitatem, propter eādem causam vi-
uentes in carne post baptismū dicere debent, dimitte nobis
debita nostra, Ex his apparet q̄ haec Aug. sententia nihil ad-
iuuat partes Mar. vt per eam probet in quolibet opere iustū
i . i. peccare

peccare, aut in hominibus iustis imperfectionem charitatis esse peccatum, quod summa eius perfectio non sit pro hoc statu debita, quod etiam sufficienter ex August. patet in hoc loco. Nam in hac ipsa epistola nullo interposito sequitur, quid itaque qui recte videt, videt, unde & quando & ubi speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adijci possit. Si autem precepta non essent, non utique esset ubi se homo certius inspiceret, & videret, unde auerteretur, quo conaretur quare gratularetur quid precaretur. Magna ergo est utilitas preceptorum, si libero arbitrio tantum debetur, ut dei gratia amplius honoretur.

Hic clare habes unde, quia diuinitus, quando, quia in futuro, ubi quia in patria speranda sit ista perfectio. Habes etiam quod precepta eam perfectionem nobis demonstrant, non ad eam hic habendam obligant, satisfacimus ergo precepto, & menti precipientis ad eam viriliter currendo, dum nulla nostra negligentia subsistimus aut retrolabimur, ut in cursu sit meritum in adeptione premium.

Deinde allegat Mar. verbum Hiero. lib. ij. aduersus pelagianos tractantis illud psalmi, xxxi. Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei, statimque sequitur pro hac, hoc est impietate siue iniquitate, utrumque enim intelligi potest, orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno, si sanctus est quomodo orat pro iniquitate. Si iniquitatem habet qua ratione sanctus appellatur. Ut mentem Hierony. melius accipias, repete paulo altius ubi defendens pelagianorum partes Critobolus dixisset, ne contendere videar, & in diuersum absque mensura funem trahere, saltem hoc mihi concede iustos in scripturis plurimos appellari. Atticus catholici dogmatis defensor respondit, non solum plurimos sed innumerabiles. Crito, si innumerabiles iusti sunt & hoc negari non possit, quid male locutus sum posse hominem sine peccato esse si velit, hoc est alijs verbis dicere posse iustum sine peccato esse in eo quod iustus est. Atti, iustos esse concedo sine omni peccato omnino non assentior, etiam absque vitio quod graece dicitur cacia hominem posse esse aio, anamarthiton, id est sine peccato esse nego, id enim

enim soli deo competit, omnisque creatura deo subiacet,
& indiget misericordia dei dicente scriptura, misericordia do-
mini plena est terra. Et ne quasi maculas quasdam in sanctis
viris videar perscrutari, in quibus errore sunt lapsi pauca pro-
feram, quæ non ad singulos, sed ad omnes in commune per-
tineant, in xxxi psalmo vt allegatum est, & continuo post
verba allegata addit Hierony, quæstionem soluens iuxta il-
lum videlicet modum, qui & in alio loco scribitur. Septies
cudit iustus & resurgit, Et iustus accusator sui in principio.

Hic vides lector hunc ipsum locum contra (sermonis
Martii, militare, vbi manifeste ostendit Hierony, sanctos in
quibusdam errore lapsos esse, & ob id non esse sine peccato
in tota scilicet eorum vita, & adeo contra Mar, facit totis his
tribus lib. Hierony, vt mirum sit, aliquid ex eis pro se voluisse
se Martii, allegare. Nam illud, Ecce Iob noster immaculatus,
& sine querela, & abstinens se ab omni malo, quali sine iu-
stitiæ coronatur vt misericordia dei indigeat, ex eo sensu ac-
cipitur q̄ Iob aliquando & in aliquibus peccauit, ad minus
venialiter scienter vel ignoranter, quem sensum ostendit qd̄
Hieronymus, addit, hoc est illud quod in prouerbijs legimus,
quis gloriatur castum se habere cor, aut quis confidit se mū-
dum esse a peccato. Vnde Hieron, infra dicit & si iustus vix
saluabitur, impius & peccator vbi parebunt. Certe iustus est
qui in die iudicij vix saluatur. Saluaretur autē facile, si nihil
in se haberet maculæ. Ergo iustus est in eo, q̄ floret multis
virtutibus, & vix saluatur in eo q̄ in quibusdam dei in-
diget misericordia. Nonne hic aperte sequitur, quedam iu-
storum opera, non omnia esse peccata. Ad id facit quod Hie-
ro, volens ostendere sanctos non fuisse sine peccato, eorum
vitam examinans semper inquit in qua parte vite lapsi sint,
& quum latissimos veteris testamenti campos peragrans, in
patriarchis prophetis & iustis id fecerit, de Apostolis loquēs
idem ostendet ex eo q̄ de primatu inter se contenderint, q̄
filij Zebedei igne cœlesti iniuriam domini vindicare volu-
erint, nec prætermittit dissentionem Pauli & Barnabæ, q̄ alii
quid humanum habuerit, Hierony, itaq; abiecta & humilia
eorum

eorū executit, vt aliquid peccati reperiat, & Mar. optima quæ
q; peccato non carere asserit. Superfluum ergo videtur plu-
ra allegare, tamen vt curioso lectori satisfaciam adhuc pauca
ex eodem citabo. eodem. ij. lib. dicit Hiero. Qui cautus & ti-
midus est potest ad tēpus vitare peccata, qui securus est de
iustitia sua repugnante deo illiusq; auxilio destitutus insidi-
is hostium patet.

Item infra post multa quibus nostram virtutem ex diu-
no munere pendere mōstrauit, inquit, vnde & nos dicimus
esse iustos sanctos viros, & post peccata placentes deo, non
suo tamen merito, sed eius clemētia, cui omnis creatura sub-
iecta est, & indiget misericordia eius. Attende lector ne cum
audis clementiam & misericordiam nominari semper intel-
ligas remissionem peccatorum, qua nō omnis creatura opus
habet, non beata virgo, non anima Christi, non deniq; ange-
li sancti, qui tamen omnes indigent gratia, clementia, miseri-
cordia dei, cuius gratuito munere beati sunt.

Item lib. iij. Crito. Rogo quæ est ista prauitas imo absq; ra-
tione contentio ne hoc quidem mihi das vt egressus aquas
baptismatis sine peccato sit Atti. Aut ego sensum meum ver-
bis explicare non valeo, aut me explicante tu ad intelligen-
dum tardior es Crito, quo nam modo? Atti, quid & tu dix-
eris, & ego quid loquar posuisti hominem sine peccato esse
si velit, ego impossibile hoc in homine esse respondeo, non
quia statim a baptisate homo peccato non careat, sed illud
tempus quando sine peccato est, nequaq; possibilitati huma-
næ, sed dei gratiæ deputatur, tolle igitur posse & ego esse cō-
cedam, quō enim potest qui per se nō potest, aut quæ est illa
impeccātia q̄ statim corporis huius morte finit, aut certe si vlti-
mā vitā protraxerit, delicti & ignorantie periculo subiacebit
Hic habes cōtra Mar. in baptisato non remanere peccatū.
Habes & baptisatū si baptismo superuixerit non perpetuo
peccato carere.

Et infra exempli gratia vno tantum vtamur testimonio,
Inueni dauid filium iesse virum secundum cor meum, qui fa-
ciat omnes voluntates meas, vt supra allegatū est, & aliquot
interpoli

interpositis Crito, esto vt nullus potuerit omne vitare peccatum in pueritia, adolescentia, & iuuentute, nunquid negare potes, plurimos iustos & sanctos viros post vitia omni se ad virtutes animo contulisse, & per has caruisse peccato Atti: hoc est quod tibi in principio dixeram, in nostra esse positum potestate, vel peccare, vel non peccare, & vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, vt liberum seruetur arbitrium sed hoc pro modo, & tempore & conditione fragilitatis humanae perpetuitatem autem impeccantiae soli reseruari deo, & ei q̄ verbum caro factus, carnis detrimenta & peccata non pertulit. Nec quia ad breue possum, coges me vt possum iugiter, possum ieiunare, vigilare, ambulare, legere, psallere, sedere, dormire, sed nunquid in perpetuum.

Allegat eundem Hiero. M. lib. i. dicentem. Tunc ergo iusti sumus quando nos peccatores fatemur, & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex dei consistit misericordia, repte paulo altius vt melius intelligas, ex precedentibus & consequentibus ipsius dicti rationem, cum Crito, allegasset, de innocentia, & iustitia Iob. Item Zachariae & Elisabeth & Atticus ipsa testimonia ex eisdem locis dissoluisset, intulit, ex quo perspicuum est iustos quidem & immaculatos dici, sed si negligentia surreperit posse concidere, & semper hominem in medullis positum, vt & de virtutum culmine ad vitia delabatur & de vitijs ascendat ad sublimia, & nunquam eum esse securum, sed semper metuere in tranquillitate naufragium, ac per hoc hominem sine peccato esse non posse dicente Salomone. Non est homo iustus super terram qui faciat bonum, & non peccet, & eodem in regum lib. Neque enim est homo qui non peccet, ac beato Dauid. Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Et iterum, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & multa alia quibus scripturae sanctae plenae sunt, Crito, quid ergo respondebis ad illud exemplum, quod ponit euangelista Iohannes, Scimus quia omnis qui natus ex deo non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum, scimus quoniam ex deo sumus: & m̄

& mundus totus in maligno positus est. Atti. par pari referā
& parvam euangelistae epistolam, secundum sensum tuum
docebo sibi esse contrariam. Si enim omnis qui natus est ex
deo peccatum non facit, quoniam semen eius manet in eo,
& non potest peccare, quia ex deo natus est, qua consequē
tia idem in eodem loco loquitur. Si dixerimus quoniam pec
catum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis
non est. Ignoras rationem hāsitas atq; turbaris audi eundem
euāgelistam. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus
est, vt dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab om
ni iniquitate. Sequitur quod allegatum est a M. Tunc ergo
iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iustitia no
stra non ex proprio merito, sed ex dei consistit misericordia,
dicente sancta scriptura, Iustus accusator sui est in principio
sermonis, & in alio loco, dic tu peccata vt iustificeris. Cōclu
dit enim deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur, &
hac hominis summa est iustitia, quicqd potuerit habere vir
tutis, non suum putare esse, sed domini, qui largitus est. Qui
ergo natus est ex deo non peccat, q̄diu semen dei manet in
eo, & non potest peccare, quia ex deo natus est. Sed quia in
agro dominico dormiēte patrefamilias inimicus homo ziza
niam superseminat, & frumēto bono dum nescimus lolium a
uenasq; steriles sator nocturnus interserit. Ideo parabola ista
euangelici patrefamilias formidāda est, qui purgat aream, &
frumēto horreis condito, paleas ventorū flatibus dispergen
das & vrēdas ignibus derelinquit, vnde & in Hieremia scri
ptum legimus. Quid paleis ad frumentū dicit dominus, Pa
leae autē a frumēto in cōsummatione saeculi separātur. Ex q̄
approbatur dum sumus in corpore isto mortali, mixtos esse
cum tritico, hac ille.

Vides q̄ sentētia allegata non seruit proposito Mar. vt ex
ea probet. Omne opus nostrū esse peccatū, aut cum peccato
cum hic dicat Hiero. nos posse carere peccato, q̄uis non per
petuo careamus, & hoc ex negligentia nostra & fragilitate
debet euenire, ad quod probandū inducit multos textus, q̄s
supra Mar. torquere nisus est ad suum propositum, videlicet
ad pro

um 33

ad probandū q̄ omne opus nostrum est peccatū, sed ex hoc loco patet, illos textus aliter intellectos fuisse a diuo Hie. & cōformiter ad alios sanctos patres in superioribus allegatos.

Venio ad allegata ex moralibus Greg. Ad quæ in genere dici potest, Primo dicta cōparatiue Mar. citat quasi absolute dicta, iam aliquid est absolute tale, vel nō tale. Non autem cōparatiue, & econuerso, aliquid est cōparatiue tale, quod non absolute. Secūdo Mar. equiuocat de vocabulo omne vel omnis, cum dicitur a Greg. Omne meritū vel omnis iustitia, ipse capit distributiue pro vnoquoq; vel pro singulis cū Greg. accipiat omne pro toto & perfecto, intendens totam vitā sanctorum iustitiā, quæ integratur ex collectis totius vitæ operibus, in aliqua sui parte a lege discordare. Lex em̄ dei est vna copulatiua habēs duas partes principales, vna est recedere a malo, quæ habet tot partes, quot sunt particulares prohibitiones. Altera pars est, fac bonum, quæ habet tot partes, quot sunt præcepta affirmatiua. Et sicut apud dialecticos tota copulatiua est falsa, vna parte existēte falsa, ita sanctus vir totius legis est trāsgressor nāsgressa vna parte, & tota eius obseruatio quā Gre. vocat iustitiā, iniustitia est adiūcta trāsgressione vnus præcepti, sic alibi explicat Hiero. sententiā Iacobi apostoli. Si, quis totā legē seruauerit offendat autē in vno, factus est omniū reus, in quo alij sudāt q̄ accipiat verbū omniū distributiue, cū ipse cōtextus ostēdat accipi debere pro toto, sequitur em̄. Nam q̄ dixit nō mechaberis, dixit & nō occides, q̄ si nō mechaberis, occides autē, factus es trāsgressor legis, nō dixit factus es reus adulterij, qd̄ erat cōsequens, si oim̄ caperet distributiue vel collectiue. Tertio M. equocat de vocabulo vera, qd̄ putat falso opponi cū Greg. dicit. Verā mundiciā nō habem⁹ sed imitamur, debuit autē aduertere ex verbo imitamur, veritatē hic nō respōdere falsitati, sed imagini. Nam verā mūdiciā Gre. vocat mūdiciā patrie, cui⁹ sanctorū viatorū iustitia imago est & similitudo, & nō eq̄litas. Quarto fallitur M. applicās ad oēs qd̄ Greg. de imperfectis dixit, qbus se in fine moralium ex humilitate cōnumerat, dū fatei se in progressu opis, q̄ videlicet, xxxv, li. moralium sup lob scripsit pulsatū iani gloria,

gloria,

gloria, pro quo vulnere a perfectis lectis lectoribus oratione
requirit. Et licet Grego. poene per omnes lib. moralium aper
te faciat contra Marti. vt patet inspicienti totum lib. cui vero
non vacat totum perlegere, legat ea. xxix. xxx. & xxxi. Job.
& circa textum moralium Greg. lib. xix. xx. xxi. & xxij. qui
dum salua hystoriae veritate, quod de vno scribitur ad ecclesi
am transfert, vnus iustitiam in multitudinem trãffundit, cui
vero neq; hoc legere vacat, saltem videat prãfationẽ lib. xxx.
Tamen etiã ijs locis quã M. allegat facit contra allegantẽ. i. ill
lud Job. ix. Vere scio q; ita sit, vt & non iustificabitur homo
compositus deo Greg. homo quippe cum deo non compo
nitur, iustitiam percipit, compositus amittit, quia quisquis se
auctori bonorum comparat, bono se quod acceperat priuat.
Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis contra deum donis
pugnat. Vnde ergo despectus erigitur, dignũ est vt erectus
inde destruat. Et lib. v. tractans illud Job. iij. Nunquid ho
mo dei comparatione iustificabitur? humana iustitia diuine
iustitiã comparata iniustitia est, quia & lucerna in tenebris
fulgere cernitur, sed in solis radio posita tenebratur. Item. xvi.
lib. tractans illud Job. xxij. Nunquid deo cõparari potest ho
mo, etiam cum perfectã fuerit scientiã? Greg. in comparati
one em̄ dei scientia nostra ignorantia est. Ex dei namq; parti
cipatione sapimus, non comparatione, & lib. xvij. tractans il
lud. Nunquid iustificari potest homo cõparatus deo, vt ap
pareat mundus natus de muliere? Grego. Omnis namq; vit
iustus dei illustratione iustus est, nõ comparatione, humana
quippe iustitia auctori comparata iniustitia est, quia & si in
ipsa sua creatione homo persisteret, creatori non posset aqua
ri creatura, cui tamẽ ad grauiora defectus põdera accessit &
culpa quã serpẽs insidians intulit, & mulier infirmata psuasit.
Ex his habes mentem Greg. q; scilicet participans non po
test cum eo quod participat comparari, quia cum aliqua cõ
parantur oportet vtrinq; propria accipere, & sic comparan
do hominis iustitiam ad diuinam, oportet eam accipere, quã
tantum humana est, & illa sine dubio peccatum est. Item ad
uerte q; hac consequentia non valet, iste comparatione me
lioris

litoris malus est, ergo malus est, similiter non sequitur Sodoma
comparatione Hierusalem iustificata est, ergo iustificata est;
vnde Hiero. primo aduersus pelagianos. Quid mirū in col-
latione sanctorū alios esse meliores, & alios inferiores, cum
econtrario in collatione peccatorum, hoc intelligi possit. Ad
Hierusalem dicitur, q̄ multis peccatorum erat confossa vul-
neribus iustificata est Sodoma ex te, non q̄ Sodoma per se iu-
sta sit, quā in æternos collapsa cineres, audit per Ezechielem
Sodoma restituetur in antiquum, sed q̄ comparatione scele-
ratoris Hierusalem hæc iusta videtur. Illa enim dei filium tru-
cidauit, hæc propter abundantiam panis, & per luxurię ma-
gnitudinem, excessit modum libidinis.

Vnde etiam Grego. lib. vltimo moralium tractans illud Iob
xliij. Ideo insipienter locutus sum, & quæ ultra modum exce-
derent scientiam meam. Greg. Omnis humana sapientia q̄to-
libet acumine polleat, diuinæ sapientiæ comparata, nec iusta
nec pulchra, sed insipientia est. Oia em̄ humana q̄ iusta q̄ pul-
chra sunt, dei iustitiæ & pulchritudini cōparata, nec iusta nec
pulchra sunt nec omnino sunt. Beatus itaq; Iob ea quæ dixit
sapienter se dixisse crederet, si verba superioris sapientiæ
non audiret, in cuius comparatione stultum est nostrum o-
mne quod sapit, & qui sapiēter quidem locutus hominibus
fuerat, diuinas tamen sententias audiens sapiētius, se cognos-
cit non esse sapientem. Hinc est q̄ Abraam inter verba do-
minica nil se nisi puluerem vidit dicens. Loquar ad dominū
meū cum sim puluis & cinis. Hinc est q̄ Moyses omni egyptio-
rum sapientia instructus, ex quo loquentem dominum
audiuit impeditioris & tardioris lingue se esse deprehendit
dicens. Obsecro domine non sum eloquens ab heri enim &
nudiustertius, ex quo locutus es ad seruum tuum impediti-
oris & tardioris lingue sum. Hinc est q̄ Esaias postq̄ seden-
tem dominū super solium excelsum atq; eleuatū vidit, post-
q̄ seraphim duabus alis faciem, duabus velare pedes, & dua-
bus volare conspexit, postq̄ id quod est sanctus, sanctus, san-
ctus dominus deus exercituum, alter ad alterum clamare au-
diuit, ad seipsum rediēs ait, Ve mihi quia tacui, quoniam vir
pollutis

pollutis labijs ego sum & in medio populi polluta labia ha-
bentis ego habito, Moxq; ipsam pollutionem, vnde cogno-
uerat subdens ait. Et regem dominum exercituum vidi ocu-
lis meis. Hinc Hieremias diuina verba audiens, verba se nō
habere cognouit dicens. A, a, a, domine deus nescio loq; quia
puer ego sum. Et post pauca sancti itaq; viri dum diuinitatis
arcana audiunt, q̄tō magis contēplando proficiunt, tanto am-
plius despiciendo quod sunt, aut nihil, aut prope nihil, se esse
cognoscūt. Respondeat ergo diuinis sermonibus beatus Iob
& sapienter proficiēs stultū esse deprehēdat dicēs. Insuper
locutus sum & quæ vltra modum excederēt scientiā meam

Ex istis apparet quo sensu accipienda sint dicta sanctorū,
de bonis & malis comparatiue loquentium, vnde si ex tali
cōparatiua locutione velis idem inferre absolute, falleris &
dicta sanctorum non intelligis, vt quia Grego. dicit. Præsens
vita supernæ felicitati comparata mors est potius dicenda q̄
vita, inferre velis, q̄ hæc vita non est vita absolute, & sine cō-
paratione dicta, aut si ex eo q̄ Antonius teste Hieronymo,
vifo Paulo reuersus discipulis interrogantibus, Vbi tam diu
commoratus es pater? Respondit. Ve mihi peccatori qui fal-
sum monachi nomen fero, vidi Heliam, vidi Ioannem in de-
serto, & vere vidi Paulū in paradiso, velis concludere, q̄ An-
tonius falsus monachus fuerit, vel non verus, aut se ignora-
uerit aut humilitate mentitus sit. Pariformiter deciperis, sed
singula quæ M. allegat videamus. Sanctus inquit vir, quia
omne meritum virtutis nostræ vitium esse conspiciat, si ab in-
terno arbitrio districte iudicetur, recte subiungit, si voluerit
contendere cum eo, non poterit respōdere ei vnum pro mil-
le vbi Greg. postq; ostendit quid millenarius in scriptura si-
gnificet, puta bonæ vitæ perfectionem inquit, cum deo au-
tem contendere est non ei tribuere, sed sibi gloriam suæ vir-
tutis arrogare. Sed sanctus vir conspiciat quia & qui sum-
ma iam dona percipit, si de acceptis extollitur, quæ acceperat
amittit, & dicat si voluerit contendere cum eo, non pote-
rit responderi ei vnum pro mille. Qui enim cum auctore
contendit, vnum pro mille respondere non sufficit, quia qui
de per

de perfectione se erigit, habere bñiuiuendi nec initiū ostēdit. Vnum namq; pro mille respondere non possumus, quia cum de bonæ vitæ perfectione extollimur, hanc nos nec inchoasse monstramus.

Vides lector hic velle Gregori, tunc deum districte iudicare, si pro nostris tantum quæ non etiam sua sunt sententiam ferat, & de virtute superbientem eandem aut nondum habere, aut si habuerit amittit, qua perdita nil remanet in anima præter vitium & peccatum, quod poenæ, non gloriæ meritum est.

Secundo Martinus allegat super illud, Si repente interroget, quis respondebit ei: quia inquit si remota pietate discutitur, in eo examine etiam iustorum vita succumbit. Hic aduerte q; Gregorius præmittit repente deus interrogat, cum nos ad distractionem sui examinis inopinatos vocat. Per quod vides nihil allegationem hanc facere, quantum ad eos, qui præparati & præmeditati diuino iudicio sistimur. Potest namq; etiam iustus inopinata morte præuentus, aliquibus venialibus subiacere peccatis, quæ per poenitentiam & sacramenta purgaturus fuerat, si se moriturū præuidisset, propter quod misericordia opus habet remittente peccatum, q; non remisso, quantalibet iustitia ad beatitudinis remunerationem non perducet. Vel aliter Gregorius, vi, certe repente interrogat cum duris nos persecutionibus pulsat, vt q; mens nostra de se in tranquillitate aestimat, semetipsam veraciter qualis sit in perturbatione deprehendat, & plerumq; quoniam qui percutitur gemit, sed respondere non sufficit, quia & ipsa ei percussione suæ aduersitas displicet, sed tamen semet ipsum homo considerans tacet, & diuina iudicia discutere metuit, sed esse se puluerem agnoscit. Vnde & per Pau. dicitur, O homo tu quis es qui respondeas deo.

Vides hæc nihil suffragari Martino, vt probet idem opus esse bonum & malum, vel peccatum. Nam Gregori, hominis iustitiam vocat non vnum aut alterum actum, sed totius vitæ bonum & meritum, quæ vita in aliqua sui parte peccatum habet,

Tertio inducit Marti. illud. Qui etiam si habuero quippiam iustum non respondebo, sed meum iudicem deprecabor, ut enim inquit Greg. saepe diximus. Omnis humana iustitia in iustitia esse conuincitur si districte iudicetur, prece ergo post iustitiam indiget, ut quae succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualescat. Hac Grego. sententia eundem sensum habet cum praecedentibus videlicet, quod totius vite humanae iustitia non per singulos actus tam pura & perfecta est, quin in aliqua sui parte defectum peccati habeat admixtum, propter quod peccatum non perueniretur ad retributionem, nisi homo humili prece impetraret remissionem. Unde immediate post verba per Mar. allegata sequitur. Quae scilicet iustitia cum plene a perfectioribus habetur, habere de illa quippiam dicitur. Quia mens humana & comprehensa vix peragit, & valde extrema sunt quae comprehendit, dicat ergo qui etiam si habuero quippiam iustum non respondebo, sed meum iudicem deprecabor, velut si apertius fateatur dicens, & si ad opus virtutis excreuero ad vitam non ex meritis sed ex venia conualesco, precii itaque innitendum est cum recta agimus, ut omne quod iuste viuimus ex humilitate condiamus. Hic facienda est vis, Primum in verbo discussa, Nam iustitia hominis discutitur cum exacte exploratur examinatur, & per singulos actus ponderatur, sic Apostoli dicuntur filij excussorum, id est sanctorum prophetarum & patriarcharum, per vim discretionis paleam a granis separantur, & Christus habere ventilabrum in manu qui permundabit aream suam &c. Item facienda est vis in eo quod dicitur plene a perfectioribus habetur, ubi innuit differentiam perfectionis iustitiae viae & patriae, & quod illa respectu istius imperfecta est tam in cognitione agendorum, quam in executione cognitorum quod significat dicens, quia mens humana & comprehensa vix peragit & extrema valde sunt quae comprehendit id est parum cognoscit, & illud ipsum difficulter exequitur, quae tamen imperfectio peccatum non est ut infra declarabitur.

Quarto inducit Marti. illud Iob. ix. Verebar omnia opera mea sciens quia non parceres delinquenti, & multis interpo-

sius

litis Greg, dicentem. Quæ aperte egerim video sed quid in
tus latenter pertulerim ignoro. Hic locus aperte facit contra
Mar. q̄ lob verebatur omnia opera sua, id est diligenter ob-
seruabat quid & qualiter ageret ne peccaret, & sic poenā in-
curreret, q̄ sciret deum non parcere peccanti. Nam secundū
sensum Mar. frustra sua opera lob obseruet ne peccet, cum se-
cundū eum iustus in omni opere peccet. Item est contra M.
illud quod sciens q̄ non parceret delinquenti, quia ipse vult
q̄ iustus in bono opere peccat, sed deus illud ad peccatum
ex misericordia nō imputat. Nam hoc esset parcere delinquē-
ti, & ipsum peccatū sine poenitentia de eodem remittere vel
nō imputare. Non enim potest Mar. dicere iustum de quo
libet suo opere habere poenitentiam nisi velit & poenitentia
esse poenitentiam.

Sed videamus quid dicat Gregori. Verebar omnia opera
mea sciens quia non parceres delinquenti. Quæ beatus lob
opera exercuit sacræ huius hystoriæ textus ostendit. Holo-
caustis quippe multiplicibus auctorem placare studuit, quia
iuxta filiorum numerum vt scriptum est confurgens dilucus
lo offerebat holocausta per singulos eosdem non solum ab
immūdis actibus, sed praua quoq; cogitatioe mūdabat, de q̄
scriptura teste prohibetur, dicebat enim ne forte peccauerūt
filij mei & benedixerint deo in cordibus suis. Affectum ergo
compassionis exercuit quia ipse de se amicorum quæstio-
nibus exactus dicit. Flebam quondā super eo qui afflictus
erat. Ministerium pietatis impendit qui ait. Oculus fui ceco
& pes claudo. Et castitatis mundiciam in corde custodiuit
qui obtestando se aperit dicens. Si deceptum est cor meum
super muliere, humilitatis culmen medullitus tenuit, q̄ dicit.
Si contēpsi iudiciū subire cū seruo meo & ancilla mea, cū dis-
ceptarent aduersum me. Beneficia largitatis impēdit qui ait.
Si comedi buccellam panis solus & non comedit pupillus
ex ea. Et rursus, Si non benedixerint mihi latera eius, & de
velleribus ouium mearum calefactus est. Gratiam hospitali-
tatis exhibuit qui dicit. Foris non mansit peregrinus, ostium
meum viatori patuit. Et inter hæc ad virtutū cumulum per
excellen-

excellentiore viam charitatis & inimicos dilexit, qui ait. Si gauius sum ad ruinam eius, qui me oderat. Et rursus. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem male, dicens animam eius. Quia ergo vir sanctus sua opera veritatur, qui illa semper exhibuit, ex quibus placari deus & erga iniquitates solet. Quid ergo est quod mira opera facies, haec ipsa etiam veretur patiens, cum dicit. Verebar opera mea, nisi quod in sancti viri actibus verbisque colligimus, ut si placere deo veraciter cupimus, postquam peruersa subigimus, ipsa in nobis etiam bene gesta timeamus. Duo quippe sunt, quae in bonis operibus necesse est ut studiosae formidentur, desidia videlicet & fraus. Vnde & per prophetam apud vetustam translationem dicitur. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & desidiose. Sed sciendum magnopere est, quia desidia per torporem nascitur, fraus per priuatam dilectionem. Illam namque minor dei amor exaggerat, hanc autem male mentem possidens proprius amor creat. Fraudem quippe in dei opere perpetrat, quisquis seipsum inordinate diligens, per hoc quod recte egerit, ad remunerationis transitorie bona festinauit. Sciendum quoque est quod tribus modis fraus ipsa committitur, quia per hanc proculdubio, aut tacita cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut res quelibet exterior desideratur. Quo contra recte de iusto per prophetam dicitur. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Quia enim non solum fraus in acceptatione pecuniae est. Munus proculdubio vnum non est. Tres vero sunt acceptationes munerum ad quas ex fraude festinatur. Munus namque a corde est capta gratia a cogitatione. Munus ab ore est gloria per fauorem. Munus ex manu est praemium per dationem. Sed iustus quisque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec a manu recipere dationem querit. Solus ergo in dei opere fraudem non facit, qui cum ad studium bonae actionis inuigilat, nec ad corporalis rei praemia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicij gratiam anhelat. Ipsa igitur bona nostra, quia insidiantis culpae gladium euadere nequeunt, nisi sollicito

cito cor

cito cotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc re-
cte dicitur. Verebar omnia opera mea, ac si humili confessi-
one diceretur. Quae aperte egerim video, sed quid in his la-
tenter pertulerim ignoro:

Ex his manifeste apparet, quod longe alia mens est Gregori.
& Marti. Et quia Gregori, theologia ex Augusti, descendit
sicut riuus a fonte, & ipse Gregori, sua scripta fufurem, Au-
gusti, vero similitudinem vocat, attende eandem Augustini
de beato Iob esse sententiam, ut videre licet de pecca. me. &
re. lib. ij. capitu. x. vbi habita mentione Noe Danielis & Iob
quali eorum, qui fuissent excellentissimi, & de Noe quod non
fuerit sine peccato probasset, per hoc quod inebriatus est,
de Daniele vero ex eo quod dicit, Cum orare & confiterer pec-
cata mea, & populi mei domino deo meo. Etiam de Iob pro-
bat ex locis in quibus mentio peccatorum Iob habetur, ut ca-
pitu. ix. xiiij. xiiij. & .xxij. intendens eum aliquando peccas-
se, saltem in verbo, vel cogitatione, ut patet inspicienti dictum
capitu. x. xi. & .xij.

Quinto Martinus allegat ibidem si fulserint vbi Gregor.
qua quousque poena corruptionis astringimur, quodlibet rectis
operibus veram munditiam nequaquam apprehendimus, sed imitamur.

Hic aduerte quod hic Gregori, mundissimas manus appellat
opera comprehensorum, item veram munditiam appellat
eorundem munditiam, & vult quod mundicia operum sancto-
rum, qui sunt in via, illorum aliquam habeat similitudinem,
sed non attingat ad aequalitatem, propter hoc notans quod sig-
nanter Iob dixerit, velut mundissimae & non absolute mun-
dissimae, quod volens Greg. exprimere dixit quamlibet rectis
operibus veram munditiam non apprehendimus, sed imita-
mur, id est ad beatorum munditiam non pertingimus, quam-
diu viatores sumus, sed aliquam eius imaginem pro mo-
dulo viae exprimimus, & hoc propter corruptibilitatem
corporis & carnis immunda desideria. Vnde post mul-
ta Gregorius concludit, Dicat ergo vir iustus si lotus fuero,
quali aquis nivis & fulserint velut mundissimae manus
meae, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me
vestimē

vestimenta mea, quia quātumlibet ad summam in compun-
ctione contemplationis ascenderit, quātumlibet se per exer-
citiū laboris accinxerit, indignum tamen adhuc aliquid de
corpore mortis sentit, & abominabilem se esse considerat in
multis quae de pondere corruptionis portat;

Hic vides hanc sentētiā nihil adiuuare partes Mar. neq;
per eam probare posse quod intēdit quia Greg. non eadem
opera dicit bona esse & mala.

Quod autem Mar. inducit, vi. & vltimo loco in fine mo-
ralium, Greg. dicētem, Quis inter ista & c. Greg. loquitur de
imperfectis quibus ex humilitate se connumerat. Imperfecti
enim praesertim in longo opere & diuturno bona intentione
inchoato, saepe aliquid humanum patiuntur ex inani gloria,
& amore fauoris humani, vt quod pro solo deo inchoatum
est, non pro solo deo vsq; ad finem perducatur, & hoc est qd
supra dixit in bonis operibus cauendam esse fraudem asse-
rens Iob, hoc diligenter cauisse etiam cum proprias laudes
enarrat itidem asserens de Pau. vnde Greg. cōtinuo post ver-
ba per Mar. allegata sed hoc mihi facere opere precium cre-
do, quod fraternis auribus omne quod me late ter ipse repre-
hendero incunctanter aperio. Quia enim exponēdo non ce-
laui quod sensi, confitendo non abscondo quod patior, per
expositionem patefeci dona per confessionem detego vul-
nera. Et quia in hoc tam magno humano genere nec paruu-
li defunt qui dictis meis debeant instrui, nec magni defunt q
cognitae meae valeant infirmitati misereri. Per haec vtracq; ali-
is fratribus q̄tum possum curam confero, ab alijs spero. Illis
dixi exponendo quod faciant, istis aperui confitendo quod
parcant. Illis verborum medicamenta non subtrahō, istis lace-
rationem vulnerum non abscondo

Ex his omnibus vides qd male concludit M. Omne opus
bonū esse partim malū etiā in tātis viris, & qd beatus Iob pro
alijs operibus suis se cōfiteatur peccatorem & pro alijs a deo
& a seipso laudatur vt iustus, vt iam non sit mirabile quod
Marti, vult videri mirabile.

Quod autem Marti, addit blasphemum esse dicere, qd nec

angeli cum dei iudicio comparentur iusti sunt, & sine peccato. Hanc blasphemiam Hiero. non metuit cum, ij. aduersus pelagianos inquit, q̄ omnia sacerdotū, ora concelebrant homonos anamaritos, quod in lingua nostra dicitur, qui solus est sine peccato, quæ laus iuxta sententiam tuam frustra deo reputatur, si est communis cum cæteris. Hæc Hierony. Quod intelligit quæadmodum deus modo quodam bonus est, quo nemo alius, & sapiens, & ens, & immortalis, & inuisibilis, vt de eo dicatur. Nemo bonus nisi deus, & soli sapienti deo, & qui est misit me, & solus habet immortalitatem, & soli immortalis, inuisibili deo, sic modo quodam speciali deus est impeccabilis. Ipse enim per naturam, cæteri per gratiam. Hoc modo ergo non est blasphemum dicere, angelos non esse sine peccato, siue non esse impeccabiles.

Deinde argu. Mar. ratione. Tenemur mandatum dilectionis dei perfecte implere, diligendo deum ex toto corde, tota anima, & totis viribus, sed hoc nullus implere potest propter concupiscentiam, quæ repugnat legi dei, ergo omnes remanent peccatores.

Respondeo Primo quærendo ex Marti. an credat aliquē quandoq; fuisse, vel facturum esse, quod deuteronomij. iij. scriptum est. Inuenies eum si tamen toto corde, & tota tribulatione animæ tuę quesieris eum. Si dicat q̄ non sequi videtur, nullus fuit aut erit vere pœnitens. Sin autē dicat q̄ sic, dicetur ei, quomodo hoc fieri potuerit: cum huiusmodi pœnitentes cōcupiscentia & fomite & lege peccati, quæ legi dei repugnat non caruerint. Deinde quærendum est an credat Dauid verū dicere. In toto corde meo exquesiui te, & in toto corde meo scrutabor mandata tua Item Ezechiam regem dicentem. Nosti domine q̄ ambulauerim coram te, corde perfecto. Et quia non audebit asserere eos esse mentitos, neq; tamen dicet caruisse concupiscentia vel fomite, consequenter dicere debet, q̄ habens fomitem deum possit ex toto corde diligere. Et q̄ sit quidem modus ex toto corde diligendi, competens statui viatoris, per fidem ambulantis, & nondū per speciem, minor modo diligendi ex toto corde, qui competit sta-

petit statui cōprehensoris, & q̄ ille sit meritum, iste vero præ-
mium, vt ex Aug. probatur ^{lib.} de spiritu & littera capit. vlt.
vt supra allegatum est, & lib. iij. contra duas epistolas pelagi-
anorum capi. vii. vtrumq; statum distinguens August. dicit,
Hic præceptum est vt non peccemus, ibi præmium nō pos-
se peccare. Hic præceptum est vt desyderijs peccati non obe-
diamus, ibi præmiū vt desyderia peccati non habeamus. Hic
præceptum est intelligite ergo qui insipientes estis in popu-
lo, & stulti aliquando sapite, ibi præmium est plena sapientia
& perfecta cognitio, & infra, Hic præceptum est exultate
deo adiutori nostro. Et exultate iusti in domino, ibi præmiū
est exultare perfecto & ineffabili gaudio. Postremo in præ-
cepto positum est. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, in
præmio autem quoniam ipsi saturabuntur, & infra, Ex quo
factum est virtutem, quæ nunc est in homine iusto perfectā
hactenus nominari, vt ad eius perfectionem pertineat, etiam
ipsius imperfectionis in veritate cognitio, & in humilitate cō-
fessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem, pro suo
modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiam quid sibi
desit intelligit. Ideoq; Apostolus & imperfectum, & perfe-
ctum se dicit. Imperfectum scilicet cogitando, quantum illi
ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit, & sitit.
Perfectum autem q̄ & suam imperfectionem confiteri nō
erubescit, & vt perueniat bene procedit. Sicut possimus dice-
re perfectum esse viatorem, cuius bene promouetur accel-
sio. Quis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta prouentio,
& post multa, nimis quippe insipienter dicitur, tantum ama-
ri deum anteq̄ videatur, q̄tum amabitur cum videbitur. Por-
ro si in hac vita pio nemine dubitante, quanto amplius dilige-
mus deum, tanto sumus vtiq; iustiores, quis dubitet, piam
veramq; iustitiam, cum fuerit dilectio dei perfecta, tunc per-
ficiet. Tunc ergo lex ita vt nihil omnino desit implebitur, cuius
legis secundum apostolum plenitudo dilectio est.
Hic habes clare ex Augustini sententia quid sit hic in præ-
cepto, & quid repromittatur illic in præmio. Deinde habes
distinctas perfectiones, Vnam viæ, alteram patriæ & q̄ per-
fectio

fectio viae imperfecta est, sicut dilectio & cognitio in via necessario est imperfecta, & sicut nimis insipienter dicitur, strenuo cursori ad peccatum imputari debere, quod non mox ut currere coeperit, calcem attigit, & metam, sic magna inconsideratione dicitur, in spiritali stadio legitime currentis, id est diligentis (Nam ad deum itur non pedibus sed affectibus) imperfectionem imputandum esse ad peccatum, maxime cum ea imperfectio necessario sit in creatura rationali, etiam non peccatrice, antequam pertingat ad visionem claram. Unde consequenter patet eam glossam non esse pestilentem, nec nouiter repertam qua dicitur, quod deus a viatore pro statu viae non requirit supremam & absolutam legis de dei dilectione impletionem, ita quod imputetur viatori ad peccatum, quod illam summam in via non habet. Et quod Marti, alijs impingit sibi ipsi dicere potest. Nam ille soluit mandatum Christi, qui ipsum non implet, sed transgreditur, iam secundum Marti, nec ipse Marti, nec aliquis alius pro statu viae mandatum implet, sed omnis homo est illius mandati transgressor. Neque metuendum est, ne deo minus grati simus, si eius gratia peccato careamus, aut si mandata nostris viribus accommoda cum nobis dedisse credamus. Nam quis conatur efficere, quod nouit factu impossibile. Neque beata virgo, Angeli sancti, aut anima Christi minus gratiae habent deo, quod nullo impossibili mandato vrgentur.

Contra id quod Martinus dicit de obligatione ad impossibile intendens lege dei hominem viatorem ligari ad habendum vel faciendum id, quod habere vel facere non potest. Ita quod non habens aut faciens, eo ipso peccet, & legem transgrediatur. Est primum quod dicitur dist. quarta in decretis, quod lex debet esse possibilis, & quod ad impossibile nulla est obligatio, quae videtur communis animi conceptio, & pro regula ponitur de regulis iuris in sexto, quae etiam habetur in iure ciuili, qua & ipse MARTINVS alibi vtitur veritate victus, ut in sermone de indulgentijs notabili decimo, vbi dicit, Nam deus & ecclesia neminem grauant ultra

vires, quod Paulus ipse astruit, deus inquit non permittet vos
tentari super id quod potestis. Neque exigua est contume-
lia Christianismo dicere, quod nobis importabilia onera impo-
nat. Hæc ibi. Item in sermone de poenitentia parte. ij. notabilis,
i. Primum ut nullo modo præsumas cõfiteri venialia, sed nec
omnia mortalia quia impossibile est ut omnia mortalia cog-
noscas. Ad impossibile autem nemo obligatur. Hæc ille. Hic
autem dicit contrarium, & in responsione ad Siluestrum &
in præceptorio signãter primo præcepto. v. vi. & ultimo. Pro-
cuius pleniori intellectu aduertendum est, præter id quod in
scriptura impossibile dicitur. Aliquando quod est difficile, ut
in actibus Apostolorum dicit Petrus. Quid tentatis impone-
re iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos neque
patres nostri portare potuimus, id est egre & difficulter por-
tauimus, duobus modis posse intelligi præceptum alicui esse
impossibile. Vnomo quia non habet potestatem implendi ex suis
viribus, quastuc habet, potest tamen adipisci facultatem ab alio, qui pa-
ratus est dare petenti. Aliomodo quod ille cui mandatur facultatem
exequendi non habet, nec acquirere potest, eo quod petenti nemo
velit dare. Primo modo homo obligatur ad impossibile ad
Ro. viij. Vt quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per
carnem, deus mittens filium suum in carne de peccato dam-
nauit peccatum, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Hic
habes quod liberum arbitrium hominis peccatoris legis iustifi-
cationem implere non poterat, sed facultatem implendi de-
us per Christum donauit. Idem habes in Apostolo pluribus
locis, ubi commendans gratiam ostendit legis & nature per
se inefficaciam, sic Matth. xix. dicitur. Quæ impossibilia sunt
apud homines, possibilia sunt apud deum, & quando homo
superbus putat liberi arbitrij vires sufficere, ad ipsius legis
impletionem, ob id non requirens auxilium diuinæ gratiæ,
ad impossibile obligatur non simpliciter, sed ex suppositione,
sicut solet dici de habente conscientiam erroneam. Secundo
vero modo nullus ad impossibile obligatur, nec cuiquam ad pec-
catum imputatur, quod tali impossibili mandato non paruerit,
quod habendum est pro principio naturaliter noto, quod si
quis

quis negauerit, non apparet rationibus esse conuincendus,
eo q̄ contra communem naturæ sensum loquatur. Et quia
in hoc sensu accipit Mar. vt patet ex his quæ dicit de fomite,
de ira, de concupiscentia, de mandato dilectionis, merito do
ctrinaliter damnatus est, damnandus & iudicialiter, nisi resi
piscat. Est etiam expresse contra scripturam Genesis, iij. Pec
casti, quiesce, subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis
illius, & in deuterio. Verbum quod mando tibi hodie, nō est
supra te, prope est verbū in ore tuo, & in corde tuo. Item Mat
thæi, xi. Iugum meū suauē est, & onus meum leue. Nec no
strum propositum impedit quod Aug. dicit. Iugum leue est
amantibus, graue timentibus, quod videlicet mandata per se
difficilia & ardua, charitas leuia facit, & ob id etiam dicit Io
annes in canonica sua, Mandata eius grauiā non sunt. Vel se
cundum Hiero. dicitur, Onus leue, & mādata non grauiā di
cuntur, comparatione cerimoniarum legis veteris, nō q̄ sint
secundum se leuia & facilia, nam siue hoc siue illo modo di
catur, monstratur q̄ sit possibilis, siue leuiter feratur propter
charitatem, siue difficilis sit propter hominis infirmitatem, &
precepti magnitudinem, & hanc esse Hiero. mentem patet. i.
aduersus pelagianos, cum Critoni. proposuisset. Aut possi
bilia deus mandata dedit, aut impossibilia, si possibilis,
in nostra potestate est ea implere si velimus, si impossibilia,
nec in hoc rei sumus, si non facimus quod implere nō possu
mus. Et Hiero. ad hominem respondens primo & retundēs
argumentum, q̄ deus possibilis dedit humano generi om
nes artes, inducens & de corporis dotibus, rhetoribus, tracta
toribus, & alijs multis libris sequenti tractans illud. Si offers
munus tuum ad altare inquit, non q̄ impossibilia deus præ
ceperit, sed in tantum patientiæ culmen ascendit, vt prope im
possibilia pro difficultate nimia præcepisse videatur, ad de
struendam sententiam tuam, qua scribis facilia esse dei mā
data, & post multa quibus ostendit mandatorum difficulta
tem, concludit ergo & possibilis sunt dei mandata, quæ Da
uid fecisse cognouimus. Hic attende q̄ sub nomine præcep
ti Hiero. comprehendis consilia.

Q̄ etiā

Q^u etiam mens Aug. sit q^u deus homini nihil præceperit impossibile, apparet multis locis, sed expresse hoc asserit de pec. me. re. ca. vi. vbi sic inquit. Nam qui dicunt esse posse in hac vita hominē sine peccato, non est eis continuo incauta te meritate obsistēdum. Si enim esse posse negauerimus & hominis libero ar. q^u hoc volēdo appetit, sed deī virtuti vel misericordie, qui hoc adiunādo efficit derogabimus. Sed alia questio est. Vtrum esse possit, alia vtrū sit, & post multa testimonia inducta, in fine capit. concludit. His atq^{ue} huiusmodi alijs innumerabilibus testimonijs dubitare non possum, nec deum aliquid impossibile homini præcepisse, nec deo ad opitulādum & adiuuandū, quo fiat quod iubet, impossibile aliquid esse, ac per hoc potest homo si velit esse sine peccato adiutus a deo. Item Au. de gratia & lib. ar. ca. xvi. Magnū aliquid pelagiani se scire putant, quādo dicūt. Non iuberet deus quod sciret non posse ab homine fieri, quis hoc nesciat, sed ideo iubet aliqua quæ non possumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa ē em̄ fides, q̄ orando impetrat, quod lex imperat. Et in lib. de natura & gratia ca. lxix. dicit. Valde bona sunt præcepta, si legitime his vtamur, eo quippe ipso quo firmissime creditur, deum iustum & bonum impossibilia nō potuisse præcipere. Hinc admonemur vt in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe sūt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa, quæ leuis est, secundum hoc dictum est, & præcepta eius graua non sunt, vt cui graua sunt cōsideret. Nō potuisse diuinitus dici graua non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus, cui graua non sunt, & petat qui desinitur, vt impleat quod iubetur, & allegato testimonio ex deuterō, cōcludit, cōuersus ergo quisquis sicut ibi præcipitur ad dominum deū suū ex toto corde suo, & ex tota anima sua mandatum dei non habebit graue, quomodo em̄ est graue cū sit dilectionis mandatū, aut em̄ quisq^{ue} nō diligit & ideo graue est, aut diligit & graue esse nō potest, diligit autem si quod illic admonetur israel, conuersus fuerit ad dominū deum suū ex toto corde suo, & ex tota anima sua.

Hic ad

Hic aduerte qualiter Aug. in peccatore cōuerso ponat di
lectionē ex toto corde, & ex tota anima, ex quo cōfirmatur
quod supra dictū est, duos modos esse deū diligendi ex toto
corde, vnū viā, alterū patriā, in illo amor dei & delectatio iu
stitiā cor possidet, & alios amores & delectationes superat.
In isto funditus absorbet, in illo frenatur aut seruiunt, in isto
omnino nō sunt. Habes etiam q̄ in p̄cepto diuino cōplen
do, semper habet homo facultatē implendi, aut saltem quod
non negatur legitime petēti, aut si negetur extra culpam est
non faciens mandatum.

Pone exēplū. Rex subdito debili pedibus mādat, vt q̄pri
mū se p̄sentē exhibeat subdit⁹, licet ambulare nequeat, si t̄n
habet vehiculū, aut pecuniā ad emendū, vel cōducendū, aut
amicū donare vel cōmodare paratū, nō valet impossibilitatē
excusare mandati. Si vero nihil horū ad manū habeat, sed rex
offert suo sumptu lecticā & comeatū, adhuc nō est mandatū
impossibile, & adhuc multo minus, si rex posset & vellet pe
tēti sanitatē pedū reddere. Si vero nec subditus habet, nec ab
alio acgrere p̄t, nec qui mādat dare paratus est, peccatū nō est
in eo q̄ nō obediuit mādanti, sed in eo potius q̄ irrationabili
liter mādauit. In proposito vero qa deus iustus & bonus, irra
tionabiliter nihil p̄t precipere. Nihil homini p̄cipit, cuius ho
mo nō habet potestatē aut habere potest, si potestate quā ha
bet legitime vtatur, qd̄ incalūniabiliter verū est, de electis in
statu gratiē existētibus, de quibus apostolus. Fidelis deus, q̄
nō patietur vos tētari, super id quod potestis ferre, sed faciet
etiam cum tentatione prouentum.

Vñ Au. iij. de li. ar. m̄dēs q̄stioni eorū q̄ dicūt, Si Adā & Eua
peccauerūt, qd̄ nos miseri fecim⁹, vt cū ignoratiē cecitate &
difficultatis cruciatibus nasceremur, & primo erraremus nes
ciētes qd̄ nobis esset faciendū, deinde vbi nobis inciperēt a
periri p̄cepta iustitiā, vellemus ea facere, & renitēte carnalis
cōcupiscētiē nescio q̄ necessitate nō valemus. Quibus breui
ter m̄detur, vt quiescāt. Recte em̄ fortasse q̄rerētur, si erroris,
& libidinis nullus hoīum victor existeret. Cū vero vbiq̄ sit
p̄sēns, q̄ multis modis p̄ creaturā sibi dño seruiētē auersum
vocat,

vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem
exhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecātem, non tibi
deputat ad culpā si inuitus ignoras, sed q̄ negligis quare
re quod ignoras, neq̄ illud q̄ mēbra vulnerata non colligis
sed q̄ volentē sanare cōtēnis. Ista tua ppria peccata sunt. Nul
li enim homini ablatum est scire vtiliter, quod inutiliter igno
ratur. Et humiliter confitendum esse imbecillitatem, vt quæ
renti & cōfidenti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit,
nec laborat. Nam illud quod quisq̄ non recte facit, & quod
recte volens facere non potest, ideo dicuntur peccata, quia
de peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt. Illud em̄
præcedens meruit, ista sequentia. Nam sicut linguam non so
lum membrum quod mouemus in ore dum loquimur, sed
etiam illud quod huius membri motum consequitur, id est,
formam tenoremq̄ verborum, secundum quem modum di
citur alia lingua græca, alia latina, sic non solum peccatum il
lud dicimus, quod proprie vocatur peccatum, libera em̄ vo
luntate & ab sciente committitur, sed etiam illud quod iam
de huius supplicio consequatur necesse est.

Hic habes aperte ex Aug. sentētia quid imputetur homi
ni ad peccatū, & quid non, & q̄ solum imputatur quod ha
bet in potestate vt faciat, aut cuius potest acquirere faculta
tem, sed negligit. Item habes quomodo deus paratus est ho
mini dare scientiam necessariam agendorum, & scienti adiu
torium sufficiens ad faciendum mandatum, quando homo
suam imbecillitatem agnoscit, & humiliter supplicat. Ex qui
bus omnibus infero, q̄ cum deus pro statu huius vitæ de le
ge communi, non sit paratus petenti etiam iusto, pro extre
mo virium laboranti, illam perfectam dilectionē ex toto cor
de dare, sicut neq̄ clarā sui visionem, iuxta illud, Non vide
bit me homo & viuet. Et illud, Quem nullus hominum vi
dit. Item quādiu sumus in corpore peregrinamur a domino,
Per fidem em̄ ambulamus & non per speciem, propter quod
Paulus cupiebat dissolui, & esse cum Christo. Neminē tene
ri præcepto ad eam habendā. Neq̄ censeri debere transgres
sorem, eo q̄ illam non habeat. Et pariformiter dicendum est:
Nullū

Nullum iustum teneri pro statu viae ad non habendum fo-
mitem peccati, & radicalem concupiscentiam, cuius reatus
baptismo deletus est. Ex eodem fundamēto quod videlicet
non sit in eius potestate, nec deus supplicanti dare decreue-
rit, non plus q̄ corpus immortale aut impassibile.

Item, iij. de lib. ar. ca. xvij. dicit idē Aug. Quaecūq; illa cau-
sa est voluntatis, aut iusta profecto est, aut iniusta. Si iusta, q̄-
quis ei obtemperauerit non peccabit. Si iniusta non ei obtē-
peret, & non peccabit, & infra cap. sequenti, Quaecūq; ista
causa est voluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei ce-
ditur. Si autem potest non ei cedatur, & non peccabitur. An
forte fallit incautum? Ergo caueat ne fallatur. An tanta falla-
cia est, vt cauēri omnino non possit? Si ita est nulla peccata
sūt. Quis em̄ peccat in eo quod nullo mō cauēri potest? Pec-
catur autem, cauēri igitur potest. Hanc Augu. sententiā cum
Pelagius in lib. suo tanq̄ pro se facientem allegasset, Ipse Au-
gust. eidem lib. respondens cap. lxxvij. libri de natura & gra-
tia, inquit. Agnosco, verba mea sunt, sed etiam ipse dignetur
agnoscere superius cuncta quae dicta sunt. De gratia quip-
pe dei agitur, quae nobis per mediatorem medicina opitula-
tur, non de impossibilitate iustitiae. Potest ergo ei causa quae-
cūq; illa est resisti, potest plane, nam in hoc adiutorium po-
stulamus dicentes. Ne nos inferas in tentationem, quod ad-
iutorium non posceremus, si resisti nullo modo posse crede-
remus. Potest peccatū cauēri, sed opitulante illo, qui non po-
test falli. Nam & hoc ipsum ad cauēdum peccatum pertinet
si veraciter dicimus. Dimitte nobis debita nostra. Duobus e-
nim modis etiam in corpore cauētur morbi malum, & vt nō
accidat, & vt si acciderit, cito sanetur. Vt non accidat cauea-
mus dicendo. Ne nos inferas in tentationem, vt cito sanetur
caueamus dicendo. Dimitte nobis debita nostra. Si ergo im-
mineat siue insit, cauēri potest.

Hic iterum clare habes peccatum cauēri posse per naturę
humanae vires, iuncto diuino auxilio, quod deus legitime pe-
tenti dare paratus est. Ex quo concluditur nihil homini pro
hac vita esse p̄ceptum, quod in hac vita fieri non potest, a-

m i lias cō-

lias contra Aug. esset hic impossibilitas iustitiae, quia impos-
sibilitas esset obedientiae.

Et ut clarius videatur, quod in homine iusto baptisato infir-
mitas concupiscentiae remanens post deletum originale, vel age-
dorum ignorantia, non sit homini peccatum, aut contra legem
dei. Aduertendum est quod illa ignorantia veri, & difficultas bo-
ni potuit esse naturalis, ut quod in vno est supplicium, in alte-
ro sit natura, ut habet Aug. lib. iij. de lib. ar. cap. xx. quo posito
idem erit dicendum de homine iusto baptisato, & homine ta-
liter creato, & tunc notetur dictum cap. xxi. vbi habetur. Ig-
norantia vero & difficultas, si naturalis est, inde incipit anima
proficere, & ad cognitionem & requiem, donec in ea perfici-
atur vita beata promoueri. Quem perfectum in studiis opti-
mis atque pietate, quorum facultas ei non negata est, si propria
voluntate neglexerit, iuste in grauiorem quam iam poenalis est
ignorantiam difficultatemque precipitatur, decentissimo &
& conuenientissimo rerum moderamine in inferioribus ordi-
nante. Non enim quod naturaliter nescit, & naturaliter non po-
test, hoc animae deputetur in reatum, sed quod scire non studu-
it, & quod dignam facultati comparandam ad recte faciendum ope-
ram non dedit. Loqui enim non nosse atque non posse infanti na-
turale est. Quae ignorantia difficultasque sermonis, non modo
inculpabilis est sub grammaticorum legibus, sed etiam humanis af-
fectibus blanda & grata est. Non enim villo vitio vllam faculta-
tem comparare negligit, aut villo vitio quam comparauerat amisit.
Itaque si nobis in eloquentia esset beatitudo constituta, atque ita
crimini duceretur, cum peccatur in linguae sonis, quemadmo-
dum cum peccatur in actibus vite. Nullus itaque argueretur in-
fantis, quod ab ea esset exorsus ad consequendam eloquentiam, sed
plane merito danaretur, si suae voluntatis pueritate, vel ad eam
recidisset, vel in ea remansisset. Sic etiam nunc si ignorantia veri, &
difficultas recti naturalis est homini, unde incipiat in sapientie
quietisque beatitudinem surgere, nullus hanc ex initio naturali
recte arguit. Sed si proficere noluerit, aut a profectu retror-
sum relabi voluerit, iure meritoque poenas luet. Creator vero
eius vbique laudatur, vel quod eam ab ipsis exordiis ad summi bo-
ni capa

ni capacitatē inchoauerit, vel q̄ eius profectū adiuuet, vel q̄
impleat proficientē atq̄ perficiat, vel q̄ peccantem id est ab
initijs suis sese ad perfectionē extollere recusantē, aut iam ex
profectu aliquo relabētem, iustissima dānatione promeritis
ordinat. Non em̄ propterea malam creauit, quia nondū tan-
ta est q̄ta vt proficiendo esse possit accepit, cum eius exor-
dio perfectiones omnes corporū longe inferiores sint, quas
tamē in suo genere laudabiles esse iudicat. Q̄ ergo ignorat
quid sibi agendū sit, ex eo quod nondū accepit, sed hoc quo
q̄ accipiet, si hoc quod accepit bene vsa fuerit. Accepit autē
vt pie & diligenter quærat si volet. Et q̄ agnoscens quid sibi
agendum sit, non cōtinuo valet implere, hoc quoq̄ non-
dum accepit. Præcessit em̄ quædā pars eius sublimior ad sen-
tiendū recte facti bonū, sed quædā tardior atq̄ carnalis nō cō-
sequēter in sententiā ducitur, vt ex ipsa difficultate admone-
atur, eundē implorare adiutorē p̄fectionis suæ, quē incho-
ationis sentit auctorē, vt ex hoc ei fiat charior, dū non suis vi-
ribus, sed cuius bonitate habet vt sit, eius misericordia suble-
uatur vt beata sit, q̄to autē charior illi est a quo est, tanto in
eo firmius quiescit, & tanto vberius æternitate eius perfrui-
tur. Si em̄ arboris nouellū & rude virgultū nullo mō recte
sterile dicimus, q̄uis aliquot c̄states sine fructibus traiciat,
donec oportuno tēpore expromat feracitatē suam, cur non
auctor animæ debita pietate laudetur, si ei tale tribuit exor-
dium, vt studendo ac proficiendo ad frugem sapientiæ iu-
stitiæq̄ perueniat, tantumq̄ illi præstitit dignitatis, vt in e-
ius etiam potestate poneret si vellet ad beatitudinē tendere;

Hic habes q̄ etiam si ignorantia & difficultas boni ines-
sent homini a natura, & ex prima creatione, nec creator pos-
set culpari, nec creatura vituperari. Ex quo vltius infertur
q̄ rebellio partis sensitivæ ad rationem non est secundum se
& essentialiter peccatum, cum in prima creatione potuerit
esse. Vnde cōsequenter ostenditur q̄ per baptismū originali
peccato remisso, nō debeat vocari proprie peccatū, & q̄ isti
duo pari passu incedunt, & equaliter obligātur in futurū ad
vitandū

vitandum peccatum & ad implenda dei mandata, & æque debile habent liberum arbitrium æqualiter indigens auxilio gratiæ. Pro ista sententia facit quod Aug. in plerisque locis signanter lib. ij. de pec. me. & re. causam reddens quare cum deus mortem corporis propter peccatū homini inflixerit, peccato remisso eam non auferat dicit. Quod post peccatorum remissionem remanet ad exercendam iustitiam, inquit eū. Caro quæ primo facta est, nō erat caro peccati in qua noluit homo inter delicias paradisi seruare iustitiam. Vnde statuit deus, vt post eius peccatum propagata caro peccati ad recipiendam iustitiam laboribus, & molestiis niteretur. Pone exemplum de duobus, quorum vnus pauper natus sit, alter cum diues esset, propter crimen factus est pauper, cæteris paribus ambo accipiuntur in gratiam, & eisdem officijs occupantur.

Hic multa possent dici de diuersitate legum, pro diuersis statibus diuersimode obligantium, sed breuitatis gratia, pro nunc prætereo, cum ea quæ dicta sunt sufficienter ostendant neminem ligari ad impossibile, & omnem legem ligantē debere esse possibilem, saltem si qui transgreditur debeat vituperari, & ipsa transgressio peccatum vocari. Nam secundum Aug. iij. de lib. ar. Defectus non est vituperatione dignus, nisi sit voluntarius, & sola corruptio quæ vitiosa est, recte vituperatur, cæteræ autem corruptiones, nec corruptiones dicendæ sunt, aut certe, quia vitiosæ non sunt, digne vituperatione esse non possunt. Nam & ipsa vituperatio quæ soli vitio parata, id est apta & debita sit, inde traxisse vocabulum creditur, vt vituperatio diceretur, & dicto cap. xv. In creaturis autem rationabilibus quibus siue peccantibus, siue non peccantibus vniuersalis pulchritudo modis congruentissimis terminatur aut nulla peccata sunt, quod absurdissimū est dicere. Peccat enim saltem qui vel damnat, quasi essent peccata, quæ nulla sunt, aut non sunt vituperanda peccata, quod nihilominus absurdum est. Incipient quippe nec recte facta laudari, & tota turbabitur humanæ mentis intentio vitamque subuertet. Aut vituperabitur factum, quod ita factum est sicut debuit, & execrabilis insania, vel vt mitius loquar, error miserimus orietur aut

etur aut si cogit verissima ratio, sicut cogit vt vituperentur pec-
cata & quicquid recte vituperatur ideo vituperat, quia non est
ita vt esse debuit. Quere quid debeat natura peccatrix, & in-
uenies recte factum. Quare cui debeat, & inuenies deo. A
quo enim accepit posse recte facere si velit, Ab eo accepit vt
sit etiam misera si non fecerit, & beata si fecerit. Quia enim ne-
mo superat leges omnipotentis creatoris non sinitur anima
non reddere debitum. Aut enim reddit bene vtendo quod ac-
cepit, Aut reddit amittendo quo bene vti noluit. Itaque si non
reddit faciendo iustitiam reddet patiando miseriam, quia in
vtrouque verbum illud debiti sonat.

Venio ad vltimum argumentum Mar, sumptum ex ora-
tione dominica, quam dicit melius erudire animam de libe-
ro arbi, gratia & peccato quam omnium recentiorum theologo-
rum libri, vbi quod nusquam non facit, imtempestiue inuehi-
tur in nescio quos recentes theologos, quasi vero vel veterum
tractatorum libri conferri possint, cum sublimitate euangelica:
Argumentatur ergo Mar, qui orat, sanctificetur nomen tuum,
petit sine dubio quod non habet. Non enim fictis verbis apud
deum ludere licet. Sic arg. de. ij. &. iij. petitione. Sequere
si placet Martine, de alijs etiam petitionibus & secundum hanc
theologiam tuam cui tantum panis est, qui hodierno diei suf-
ficiat, non poterit dicere, Panem nostrum cotidianum da no-
bis hodie. Debet enim (vt dicis) petere quod non habet alias
fictis verbis apud deum luderet. Et qui diuino fultus est pre-
sidio non poterit dicere, Ne nos inducas in tentationem, cum
debeat petere id quod non habet. Is autem non caret diuino presidio

Vides nihil habere momenti in hac re, Mar, argu. Sanctifi-
cari enim dicitur quod de sancto fit, sanctius, sicut & iustifi-
cari quod de iusto fit iustius apocalip. vi. Qui iustus est iusti-
ficetur adhuc. Et dicitur etiam pollui quod de immundo fit im-
mundus, & sordido sordidus vbi supra Qui in sordibus est
sordescat adhuc, dicitur etiam sanctificari quod in sanctitate
accepta perseuerat. Nihil igitur inconueniens, si sanctus oret
& dicat, Sanctificetur nomen tuum, petens sanctitatis in sa-
cramento acceptae perseuerantiam, vel argumentum, vnde Aug:
de cor

de correptione & gratia cap. vi. Cum vero in oratione domi-
nica deo patri dicimus, Sanctificetur nomen tuum, quid ali-
ud dicimus q̄ vt nomē eius sanctificetur in nobis. Quod cū
iam per lauacrū regenerationis effectum sit, quare cotidie a
fidelibus poscitur, nisi vt in eo quod factū est in nobis, perse-
ueretur a nobis. Et allegato in eūdem sensum Cypriano, cō-
cludit. Ecce gloriosiss. martyr hoc sentit q̄ in his verbis coti-
die fideles Christi petunt, vt perseuerent in eo quod esse ce-
perunt. Hæc ille. Neq̄ si homo sanctus peccet ob id perdit
aut minuit sanctitatem q̄ diu retinet charitatem. Sicut mate-
riale templum non puluis aut queuis immundicia prophan-
nat. Et sæpe sanctior peccatū habet vbi minus sanctus non
habet, testes sunt infantes & moriones baptisati qui pecca-
to carent si cum ratione vtentibus sanctis conferantur. Item
hæc oratio pro tota ecclesia funditur, in qua sunt infantes &
moriones, qui post baptisma non polluerūt nomen domini,
cum non peccauerint. Similiter cum dei filius adoptiuus di-
cit, Adueniat regnum tuum, iuxta Cyprianū orat, vt regnū
in quo deus æternaliter regnat, id est beatitudo nobis adue-
niat, de quo Matthæi, xxv. Venite benedicti & c. Vel orat vt
regnum, quo per baptisimi sacramētum expulso diabolo &
peccato in seruitutē redacto accepit in nobis augeatur, & p̄-
seueret, & hoc quādo ad personā iustificatorū refertur peti-
tio. Vides ergo hæc nihil suffragari M. Et M. addit qui dicit,
Fiat volūtas tua, nōne rebellē se deo cōfiteatur? Quid ais M?
Non metuis Christo facere contumeliā, si quisquis dicit deo
Fiat volūtas tua, se rebellē fateatur, an nō ipse Christus dixit,
Pater si possibile est trāseat a me calix iste, verūtamē nō mea
volūtas, sed tua fiat. Cum igitur orat filius adoptiuus, deo pa-
tri obediēs, non cōtinuo se cōfiteatur esse rebellē deo, sed dei
petit auxiliū vt inquit Cypria, contra carnē, contra mundū,
& diabolum, qui impedire conātur ne a nobis mandatū dei
fiat, & petit, q̄ sicut cœlestes virtutes sine impedimēto in cœ-
lo dei voluntatē faciūt, sic pro nostro modulo nos faciamus
in terra, vt explicat Cypria, vel secundū eundem. Sicut volū-
tas tua sit in nobis fidelibus, qui facti sumus cœlum, sic fiat
in ter

in terra, id est in peccatoribus & infidelibus, vt faciētes dei voluntatē conuertātur. Vel tertio quia corpus habemus ex terra, oramus vt caro cōsentiāt spiritui, nec contra spiritū concupiscens vincat, vt non faciamus opera carnis, sed cōsequamur fructus spiritus. vnde Cypria. Volūtas dei est, quā Christus docuit, & fecit, humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriā facere non nosse, & factam tolerare posse, cum fratribus pacem tenere, deum toto corde diligere, amare in illo quod pater, timere quod deus est, Cristo nihil omnino præponere, quia nec nobis ille quicquid præposuit, Charitati eius inseparabiliter adherere, Cruci eius fortiter ac fideliter assistere, quādo de eius nomine & honore certamē est, Exhibere in sermone constantiam quā cōfitemur. In questione fiduciā quā cōgredimur. In morte patientiam, qua coronamur. Hoc est cohæredem Christi velle esse, hoc est præceptum dei facere, hoc est voluntatem patris adimplere. Hæc ille.

Et quia M. saepe allegat quod iubemur orare dimitte nobis debita nostra, audiamus quomodo hoc explicet Cypri. Post subsidiū tibi petitur & venia delicti, vt qui a deo nascitur in deo viuat, nec tantū præsentī & tēporali vitæ, sed & æternæ cōsulatur, ad quā venire potest si peccata donentur. Quæ debita dominus appellat, sicut in euāgelio suo dicit, dimissi tibi omne debitū, quia me rogasti. Quod autē necesse est quod prudenter & salubriter admonemur quod peccatores sumus, quod pro peccatis rogare cōpellimur, vt dum indulgētia de deo petitur, cōscientiæ suæ animus recordetur. Ne quis sibi quasi innocēs placeat & se extollēdo plus pcreat, instruitur, & docetur peccare cotidie, dū cotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denique & Ioānes in episto. sua monet dicēs. Si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autē cōfessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est dominus, quod nobis peccata dimittat. In epistola sua vtrūque complexus est, quod & rogare pro peccatis debeamus, & impetremus indulgentiam dum rogamus, ideo &

fidem

fidelem dixit dominum ad dimittenda peccata. Fidem polli-
citationis suae referuantes, quia qui orare nos pro delictis,
& peccatis docuit, paternam misericordiam promisit, & ve-
niam securam. Hac ille. Eadem est sententia Aug. in mul-
tis locis signanter lib. de verbis Apostoli sermone. xxix. vbi
vult significari neminem in ista carne, in isto corruptibili cor-
pore, in ista terra, in isto maligno saeculo, in ista vita tentatio-
nibus plena neminem hic viuere sine peccato. Vide totum ser-

monem
Quod Mar. dicit vbi nunc lib. arbitrium & (monem
in fine infert lib. ar. esse mere passiuum in omni actu suo, qui
velle vocatur, reiiciens distinctionem de esse totum a deo,
& non totaliter, ponens simile de tractu ferrae, qui est ipsi ser-
re mere passiuus a sectore, nec ad tractum suum quicquam coo-
peratur. Quod si generaliter intelligat sicut sua verba prima fa-
cie sonant tam de velle bono quam malo, blasphemia est in deum.
Nam si etiam in malis ipsum velle est totum, & totaliter a deo,
quid ergo imputabitur Neroni, Caligulae, Nabugadonosor,
aut Sennacherib, quod si intelligit de velle bono, id certe oportet
tuerat exprimi. Nam neque verum est, quod lib. arbi. per gratiam
Christi sanatum se habeat, ad omne suum velle bonum, me-
re passiuus. Facit enim partialiter ipsum bonum velle, ut sit dei
principaliter, hominis secundario. Deus enim homini praece-
pta non daret si in eis lib. ar. nihil faceret, & si lib. ar. sufficeret
gratia dei necessaria non esset. Nam quod Mar. asserit volun-
tatem per gratiam trahi, rapi, moueri, sic quod ipsum velle non par-
tialiter sit a lib. ar. non credo vniuersaliter posse sustineri. Mo-
ueor, quod homines in scriptura non tam rastra vel aratra dicuntur
quam agricolae, vinatores, edificatores, operarii, mercenarii.
Imo & dei adiutores, & cooperatores, econuerso deus dicitur
adiutor noster, & cooperator, quae omnia significant nos
aliquid agere, & non solum pati siue recipere, & in hoc est ma-
ior dei gratia ut inquit Chrysol. Quod deus nobis donat, ut
faciamus cum eo quod ipse solus facere potest, sic dicit Pau-
lus. Ego plantaui Apollo rigauit deus incrementum dedit, vbi
aliquid notatur opus vel factum in homine, quod solius dei
est ipsa videlicet gratia, & aliud opus quod est dei simul &
hominis

hominis quod notat apostolus subdens, & hoc vnicuique si-
cut dominus dedit, vnde Augu. in epistola ad Valentinum.
Quidam in vobis sic gratiam dei predicant, vt negent homi-
nis esse lib. ar. & quod est grauius dicant q̄ in die iudicij nō
sit redditurus deus vnicuique secundum opera eius. Etia hoc
tamen iudicauerunt, q̄ plures vestrum non ita sentiant, sed
lib. ar. adiuuari fateantur per dei gratiam, vt recte sapiamus
atq; faciamus, vt cum venerit dominus reddere vnicuique se-
cundum opera eius, inueniat opera nostra bona, quæ prepa-
rauit deus vt in illis ambulemus, & infra, postea vero sicut
scribit apostolus Pau. Iudicabit deus mundum quando ven-
turus est, sicut tota ecclesia in symbolo cōfiteatur, iudicare vi-
uos & mortuos. Si igitur nō est dei gratia, quomodo saluat
mundum? & si non est lib. ar. quomodo iudicat mundum?
& epistola sequenti ad eundem, Quantum ergo potuimus
egimus cum istis, & vestris & nostris fratribus, vt in fide sa-
na catholica perseuerent, quæ neq; lib. ar. negat, siue in vitam
malam siue in bonam, neq; tantum ei tribuit, vt sine gratia dei
valeat aliquid, siue vt ex malo conuertatur in bonum, siue vt
in bono perseueranter proficiat, siue vt ad bonum sempiter-
num perueniat, vbi iam non timeat ne deficiat. Item de gra-
tia & lib. ar. cap. ij. Ipsa diuina præcepta homini non prodes-
sent, nisi haberet lib. voluntatis arb. quo ea faciens ad promis-
sa præmia perueniret, ideo enim data sunt vt homo excusati-
onem de ignorantia non haberet, hæc pro præsentis sufficiat;
Nam si digne deberet quæstio tractari, cum sit difficillima,
opus esset magnis voluminibus. Et quod Mar. simile ponit
de securi vel serra inuenio in scriptura hominē malum, quo
deus vtitur ad punitionem populi sui, vocari serra, puta re-
gem assyriorum, apud Esaiam, vbi dicitur, Nunquid eleua-
bitur serra aduersus eum, qui sec at in ea, & mirum erit si M.
dicat velle huius regis esse totum & totaliter a deo, & q̄ e-
ius lib. ar. se habeat pure passiuæ. Nusquā enim legitur, Non
est voluntas nisi a deo, licet alicubi legatur. Non est potestas
nisi a deo, & recte inquit Aug. de spiritu & littera capit. xx.
hoc non est scriptum, Non enim verum est. Nam voluntas

mala peccatū est & per hoc a deo non est. Item quod M. dicit de facere quod in se est, miror cur voluerit calūniari. Nā si verum est quod ipse dicit lib. ar. nil aliud facere posse, q̄ de se desperare, & ad grām confugere, nonne hoc agere est facere quod in se est: Hoc siquidem est quod in se est facere, facere quod est in potestate, seu vti potestate quam habet, vt aeger est aliquis quod in se est facit pro morbo vitando vel curando, dum medicum adit & consulit. Adire nequit, aliū mittat. Neminē habet quem mittat, amicus rogetur, amicus deest preces ad deum dirigat. Nōne hæc faciens facit quod in se est, an hoc Thomas & recentiores dicunt & non veteres: vnde Origenes super Matthæum homilia. viij. Qui credit Christo dicenti. Si steteritis orantes credite quoniam accipietis, debet autem qui petit omnia facere q̄tum ad se, vt oret spiritu oret & mente, memor Apostolici verbi quod ait, sine intermissione orantes. Item Augusti. de sermone domini in monte lib. i. de consuetudine mala loquēs ait, Hanc vincere difficilimum est, & tamen etiam ipsam consuetudinem si se quisq; non deserat, & Christianā militiam non reformidet vincet. Hęc ille. Quid hic aliud est quā facere quod in se est, quod & Apostolus significat dicens. Videte ne quis desit gratiæ dei, & alibi. Exhortamur vos ne in vacuum gratiæ dei recipiatis, & alijs multis locis.

Nec probabile videtur quod dicit Martinus. Nullum opus esse acceptatione dignum coram deo sine misericordia dei ignoscente, non solum propter sanctos angelos & animam CHRISTI, aut gloriosæ matris eius, sed etiam aliorum viatorum, quorum merita cum sint dei dona optima & perfecta, a patre luminum descendencia, ex charitate elicit, non possunt non placere deo, & hoc apparet maxime consequens esse Marti. vt dicere debeat qui ponit librum arbitrium, quo ad bonum velle esse mere passium, & ipsum velle totum & totaliter esse a deo, quid em̄ habebit deus quod ignoscat in opere suo solius.

Circa

CIRCA MATERIAM sacramenti poeniten-
tia quae plures articulos comprehendit sumptos ex diuersis
M. opusculis, sic procedam. Primo tractabo sermonē eius de
poenitētia, atq̄ eundē seruabo ordinē. Primū de cōtritione, de
inde de cōfessione, tertio de satisfactiōe, vt facilius appareat
qd̄ veritatis vel falsitatis cōtineāt articuli notati. Accipio igit̄
pro fundamēto dictū Au. xiiij. de ci. dei ca. vi. Fecerūt ciuita-
tes duas amores duo. Terrenā scilicet amor sui vsq̄ ad contē-
ptū dei. Coelestē vero amor dei, vsq̄ ad contēptū sui. Ex quo
fundamēto habet, q̄ nimius & inordinat⁹ sui amor causa est
auersionis & recessus aīa a deo suo. Anīa em̄ peccatrix; vult
in seipsa gloriari, tanq̄ in se sit suum bonū, quod cum sibi nō
sufficiat, quia bonū aegenum & fragile est, cogitur cōsequē-
ter etiā a se migrare ad ea, quae infra sunt corporalia & sensi-
bilia, sicq̄ fit longius a deo recedēdo, quod Iob ait. Vt anima
tanq̄ seruus fugiēs dñm suū cōsequatur vmbra. Anima em̄ de-
serēs deū, id qd̄ vere est deserit, & adharet imagini, tandē eti-
am imagine deserta puenit vsq̄ ad vmbra, vbi est regio dissi-
militudinis & egestatis. Et sicut in recessu a deo anima pri-
mum gradū facit ad se, ac vltērius se deserēs progreditur, &
fugitiuas sensibiliū voluptates persequēs lōgius euagatur.
Ita ediuerso cū ad deū anima reuertitur, primū gradū facit ad
se, & deinde p se regreditur ad deū, secundū q̄ monet p̄phe-
ta. Redite praeruaricatores ad cor. Id quod luculēter significa-
tū est in parabola de filio prodigo. Lucae. xvi. Is em̄ primo a
patre petijt partē substantiāe se cōtingentē, velut fasti diēs pa-
ternā pro indiuiso possidere substantiā, & volēs in suis bonis
naturalib⁹ habere libertatē, & esse sui iuris, qd̄ nō poterat es-
se diuturnū, ideo statim dicit̄ p̄fectus peregre in regionē lō-
ginq̄, in q̄ nō solū a deo patre, sed & a seipso recessit, & cu-
piebat vētrē implere de siliqs porcorū, nec poterat. Hic nota-
tur recessus anime a deo per peccatū, deinde sequitur ad deū
regressus. Tunc ad se reuersus dixit, quanti mercenarij in do-
mo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pe-
reo, surgam & ibo & c. Hic notatur primus gradus animae
reuertentis ad deum cum dicitur ad se reuersus. :

a ij

Item

Item hic habes amorem adhuc mercenarium, qui nondum est charitatis sed adhuc cupiditatis, vbi anima peccatrix proprium commodum cogitat, & nondum exuta priuata sui affectione, de mercede sollicita est, ac se dicturam proponit. Fac me sicut vnum ex mercenarijs, qui pro mercede seruiunt, ad quos non spectat haereditas, sed in progressu hunc mercenarium affectum relinquit, dum pater accurrens osculatur, iam non dicit quod proposuerat, sed solum pater peccaui in coelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Hic cupiditas charitate superata est, & affectio commodi cedit affectioni iustitiae. Iam attritio facta est contritio, & hoc per osculum paternum, quod licet diuinam significet charitatem, tamen sine praedicio melioris sententiae, etiam conuenienter accipi potest reconciliationis sacramentum siue sacramentalis absolutio, vbi annulus spiritus sancti signaculum & fides viua redditur, & stola prima id est charitas, & calciamenta id est euangelij predicatio, & Christiana disciplina qua munitur affectus, ne post hac terram tangant. Sic in domum id est ecclesiam ductus dignus habetur, qui vitulum saginatum comedat, id est eucharistiae sacramentum accipiat. Iste est vnus modus quo peccator ad gratiam reducitur, per viam scilicet amoris, dum attendens suam inopiam & patris abundantiam, ab amore sui per spem de diuina liberalitate conceptam, perducitur ad dei amorem. Et est iste modus primus, & quasi magis naturalis maxime conueniens animo ingenuo. Sed sunt quidem duri qui blanditijs & facillitate non tam emendantur, quam corrumpuntur, de quibus scriptum est. Sola vexatio dabit intellectum auditui. Ideo est alius modus quo anima peccatrix reducitur ad iustitiam per timorem. Oritur autem timor ex parte peccatoris ex amore sui & proprii commodi, ex quo fugit incommoda. Nam propterea peccator timet poenam, quia ipsa aufert quietem, pacem, delectationem, & integritatem patientis. Ex parte vero dei oritur ex consideratione omnipotentiae, quam effugere non potest. Item sapientiae, propter quam eum nihil latet. Item iustitiae, per quam malefactorem puniunt. Iste modus reducendi habetur in euangelio
lio Mar

lio Matthæi. xvij. in parabola de rege, qui voluit ponere rationem cum seruis suis. Incipiente autem eo rationem ponere oblatuſ est vnus, qui debebat decem milia talentorū, qui cum non eſſet ſoluendo iuſſus eſt vendi, id eſt ſecundū Auguſt. tormentis ſubijci cum vxore & liberis, id eſt cum cupiditate & operibus. Vnde perterritus ad ſupplicandum conuerſus eſt, petijt dilationem, & meruit remiſſionem, quæ rata permanniſſet, niſi ſubſecuta in conſeruum duricia meruiſſet irritari. Eundem modum habes Matthæi. v. vbi dominus ad pacem & concordiam inducens dicit. Eſto conſentientiſ aduerſario tuo cito, dum eſ in via cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerē mittaris. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. Hunc modum obſeruauit & Ioannes baptiſta, cum predicans pænitentiam dicebat. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, & dominus venit habens ventilabrum in manu, qui paleas exurat igni inextinguibili, & genimina viperarum quis vos docebit fugere a ventura ira? Vnde terrore concuſſi omnes & ſinguli vſq; ad milites, & publicanos petebant fugæ conſilium. Item dominus frequenter in euangelio metu geennæ prouocat homines ad pœnitentiā, vt cum occasione turris quæ decem & viij. homines oppreſſerat. Item occasione eorum, quorum ſanguinē cum ſacrificijs pilatus miſcuerat, dixit puratis quia illi peccatores fuerunt præ alijs omnibus, qui habitant Hieruſalem? Amen dico vobis niſi pœnitentiā egeritis, omnes ſimiliter peribitis, de hoc modo dicitur eccleſiaſtici. i. Timor domini expellit peccatum, & initium ſapientiæ timor domini, & qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari, vnde ſumpſit Auguſt. ſuper epiſtolam Ioannis tractu. ix. Si nullus timor, non eſt qua intrat charitas, ſicut videmus per ſetam introduci linum, quando aliquid ſuitur. Seta prius intrat, ſed niſi exeat non ſuccedit linum, ſic timor primo occupat mētem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intrauit vt introduceret charitatē, hæc ille
Habet quidem ipſa diuina ſapientiā, qua obſtetricante educitur coluber tortuoſus, & alios modos ſibi notos, qbus
pecca-

peccatores ad se reducit, sed hi duo sunt vſitatores & no bis notiores, & vtitur deus per ſe, aut ministros ſuos, nunc vno nunc altero, nunc mixtim ambobus, infundens in vulnera ſemiuiui vinum & oleum.

Ex quibus infero q̄ M. incōuenienter alterum ex his duobus modis improbat. Imo ſi bene inſpiciatur vtrumq; dum vult eam ſolam eſſe veram pœnitentiã, quæ ex amore iuſtitie vel virtutis ortum habet cum videlicet ex inſpecta virtutis pulchritudine, in eius amorẽ raptus homo, & formæ illius amator effectus vitia contraria horret, odit, deteſtatur. Eſt quidem ea vera pœnitentiã, ſed non ſola, nec omniũ eorum qui a peccatis liberantur pœnitentiã ſic incipit. Sed eſt pœnitentiã iuſtorum, qui iuſtitie lumini redditi audiunt apoſtolum dicentẽ. Quem fructum habuiſtis tũc in illis, in quibus nunc erubescitis. Sicut em̄ ſoli mundo corde vident deum, ita ſoli iuſti vident iuſtitiam veram, ſaltem cum iucunditate & lætitiã. Peccatorum vero oculi luto liniuntur, & poſtquã loti fuerint, tunc demũ redeunt videntes. Et regulariter verum eſt de peccatoribus, mortalib⁹ peccatis grauatis, quod dicit Aug. non eſſe mirum q̄ infirmo palato pœna eſt panis, & oculis ægris odioſa lux, quæ ſanis eſt amabilis.

Et quod M. allegat ad Ro. v. q̄ lex, facit magis abundare peccatũ. Mēs apoſt. nō eſt, qui ab illicito abſtinet metu pœnæ vel legis, vel metu pœnæ bonũ facit, magis peccet, q̄ ſi q̄ a malo nō abſtinet, aut bonũ nō facit, ſed vult q̄ grauius peccat faciẽs malũ poſt legẽ acceptã, quia qui prius ſolum erat peccator, lege data fit etiã tranſgreſſor. Eſt em̄ expediẽs multitudini imperfectorũ legibus penalibus arceri a malis, & cōpelli ad bonũ, vnde Aug. lib. ij. aduerſus litteras Petiliã ca. lxxxij. inq̄t. Per ſeueritatẽ imo per miam dei, tribulationũ flagellis ſolet perfidia caſtigari. Nũquid quia mores optimi libertate volũtatis eligũtur, ideo nō mores peſſimi legis integritate puniũtur, & infra. Benefacere nemo poteſt niſi elegerit, niſi amauerit, quod eſt in libera volũtate. Timor autẽ pœnarũ & ſi nondũ habet delectationẽ bonæ cōſcientie, ſaltem intra clauſtra cogitationis coercet malã cupiditatẽ. Ex his patet q̄

ret q̄ is qui timore poenae legem seruat, q̄uis nō faciat bene
facit tamē minus male, q̄ si ipsam quoq; poenā contēnens le
gem trāgredetur. Item q̄ in principio metu fit, assuefactio
ne leuius factum volūtariē tandē fiet, vt timor transeat in a
morē quemadmodū lex Moyſi duxit ad Christū, & propter
hoc dicta est pedagogus noster, sic seruos & filios metu cō
tinemus a malis, iuxta sapiētiss. Salomonis consiliū dicentis.
Qui parcit virgā odit filiū suum, percuties eum virga, & li
berabis animā eius a morte, & alibi. Stultitia alligata est dor
so pueri, & virga discipline effugabit illam. Ex his infero nō
opus esse vt qui metu confitetur sit hypocrita, & magis pec
cator, q̄ si omnino non confiteretur.

Primus articulus circa poenitētiā sacramētū notatus est
quē ponit in probatione cōclusionis. vij. circa principiū q̄ si
ne gratia dei primo remittēte culpam, nec votū remissionis
querēde homo habere potest. Cōtra quē est q̄ catechumin⁹
eo ipso quo se catechizandū prabet, habet votū remissionis
querēdæ per baptismū, cui tamē ante baptis. non dū sunt re
missa peccata, vnde Aug. ij. de pec. me. & re ca. xxvi. loquēs
de sanctificatione catechumini dicit. Sāctificatio catechumi
nisi nō fuerit bapti. nō ei valet ad intrandū regnū coeloz; aut
ad peccatorū remissionē, & in Ioā. tractu. xiiij. dicit. Catechu
minus q̄tūcūq; pfectus, tñ sine baptismō sarcinā peccatorū
portat, nec valet dicere q̄ habet bap. in voto, vnde idē Au.
in episto. ad honoratū tabēnēsem episcopū de baptis. & poe
nitētia simul dicit, q̄ petētes baptismū aut recōciliationē, sed
propter ministroz; absentia sine sacramētis moriūtur, nō sunt
futuri in societate sanctoz;, quod verū nō esset si peccata es
sent eis remissa, nec tñ negari potest eos habere votū remissi
onis. Verba Aug. sunt an nō cogitam⁹ cū ad istoz; periculo
rū puenitur extrema loq̄tur em de vastatione bellica; nec est
potestas vlla fugiēdi, q̄tus in ecclesia fieri solet ab vtroq; se
xu, at. p̄ ab oi etate cōcurſus, alijs baptismū flagitatib⁹, alijs re
cōciliationē, alijs etiā poenitētiā ipsius actionē, oibus cōſola
tionē, & sacramētoz; cōfectionē, & erogationē vbi si mini
stri deſunt, q̄tum exitiū sequetur eos, qui de isto saeculo vel
non re

non regenerati exeunt, vel ligati, quibus etiam vel luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitae aeternae requie non habebunt. Idem probatur ratione, quia fides frequenter & regulariter praecedit orationem, qua peccator gratiam impetrat. Teste enim Aug. fons orationis est fides & ad Ro. x. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Sed ipsam orationem non continuo subsequitur impetrationis effectus, nisi fiat cum instantia & perseverantia, ut dicit Origenes, homilia. vii. super Matthaeum, & Ambrosius, lib. ij. de poenitentia, & Aug. in plerisque locis, signanter de spiritu & littera capi. xxx. ubi sic inquit. Neque enim lex impletur nisi lib. ar. sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiae, contra peccata, per gratiam sanatio animae a vicio peccati, per animae sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitiae dilectio, per iustitiae dilectionem legis operatio. Ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impletur, & infra. Omnia haec quae velut catenam connexi habent. voces suas in scrip. sanctis. Lex dicit. Non concupisces. Fides dicit. Sana animam meam, quoniam peccavi tibi. Gratia dicit. Ecce sanus factus es, iam non habes peccare, ne quid tibi deterius contingat. Sanitas dicit. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Et notum est experientia, non enim tam vilis aut tam facilis res est peccati remissio, ut statim cum desideratur habeatur, unde Cyprianus, in lib. de lapsis. Deus quantum patris pietate indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Quia magna deliquimus tam granditer defleamus. Alto vulnere diligitur & longa medicina non desit. Poenitentia crimine minor non sit. Putas ne tu dominum cito posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium praepone maluisti, cuius templum sacrilega contagione violasti. Putas facile eum misereri tui, quem tuum non esse dixisti. Orare oportet impetrans & rogare, diem luctu transigere, vigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, strato solo adherere cineri, in cilicio volutari & sordibus post indumentum Christi perditum, nullum iam velle vestitum, post

post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere quibus peccata purgantur, elemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Si enim Mar. diceret sine gratia votum remissionis non haberi, verum diceret nam & voluntas præcedens fidem, & ipsa fides, & oratio consequens, & accessus ad remedia sacramentorum ad gratiam dei pertinēt, cum sint dona diuina peccatori non debita, nihil enim peccatori debetur, nisi poena, sed hæ gratiæ non remittunt culpam, Sola enim charitas gratia est, qua culpa remittitur, aut non sine ea remittitur. Charitas enim sola diuidit filios regni, & filios perditionis, & secundum Aug. xv. de trinitate. Sola chari. est donum quod perducit ad deum, Sine qua quodlibet aliud donum dei non perducit ad eum cap. xviiij. & alibi idem Augu. Cui deus hoc donum non dat, quælibet alia dona dederit non transfertur a sinistra ad dextrā. Ex quo inferitur q̄ tali culpa non remittitur. Cuiuscunq; enim culpa remittitur, a sinistra transfertur ad dextram. Dices fortasse Mar. per votum remissionis voluntatem plenam & perfectam remissionis intelligit, secundum q̄ scriptum est inuenies eum si tamen toto corde & tota tri. animæ tuæ quesieris eum hoc dici non potest. Primo quia non solum talis voluntas est votum, nec talis volūtas semper prærequiritur ad digne & fructuose accedendum ad sacramenta, licet enim talis perfecta voluntas efficaciam sacramenti suppleat, quando est sacramenti suscipiendi impossibilitas, tamen ea non prærequiritur, vt ex allegatis patet. Vbi habes q̄ aliqui volunt absolui vel baptisari qui ob defectum sacramenti pereunt, non perituri si illam perfectam haberent voluntatem.

Secundus articulus est q̄ Mar. dicit hanc sententiam esse hæreticam, qua sacramenta nouæ legis iustificatē gratiam dare dicuntur illis, qui non ponunt obicē, hanc ponit in probatione dictæ. vij. conclusionis circa finem. Causam dicti sui assignat, q̄ impossibile sit sacramentū conferri salubriter, nisi iā credētib; & iustis & dignis. Oportet em̄ inquit accedētem credere, deinde non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. Et in responsione ad Siluestrum explicat hoc etiā

de baptismo. Idem repetit in fine presentis sermonis de poenitentia. Pro cuius improbatione faciunt allegata contra precedentem articulum. Ex quibus habetur quod fides & oratio procedunt iustificationem. Item bapti. aut poenitentia remittunt culpam dum actu recipiuntur, quae prius non erat remissa per fidem. Et cum dicitur quod fides, non sacramentum iustificat. Non potest generaliter intelligi de fide recipientis sacramentum. Habet enim instantiam in paruulis, qui fide propria carent, & nihilominus bapti. iustificatur. Nec vniuersaliter etiam potest intelligi de fide offerentium, aut baptisantis, cum contingat illos esse infideles, & baptismum paruulo conferre intentione faciendi, quod facit ecclesia. Et est canonibus decissum, quod iudaeus vel paganus baptismum conferre potest, ut in ca. Romanus & ca. a quodam iudaeo & sequentibus de con. di. iiii. Fides igitur ecclesiae iustificat, quae cum merito passionis Christi operatur in sacramentis, sic intelligitur quod dicit Aug. Quae est tanta virtus aquae, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Non quidem semper a recipiente, propter id quod dictum est de paruulis, in adultis vero fides verbi iustificat, tanquam dispositio praerequisita ad effectum sacramenti recipiendum.

Pro eodem est quod scribit Leo papa epist. lxxiii. ubi synodali auctoritate decretum est redeuntes ex captiuitate, qui scilicet in captiuitate illa aetate puenerunt, quae nullius rei firmam potuerit habere notitiam, & remedium baptismatis implorant, quod debeat eis dari baptismus, & causa assignatur ne dum specie quandam cautionis tenemus, datum regenerandae incidamus aetate, & in fine, quam rem frater generaliter ad omnium vestrum volumus puenire notitiam, ne dum plus iusto metuitur, misericordia dei saluari cupientibus denegetur. Ad idem facit quod scribit Leo papa epist. lxxix. loquens de his qui in fine petunt beneficium reconciliationis. Verba Leonis sunt. Verum (ut dixi) etiam talium necessitati ita auxiliandum est, ut nec actio illis poenitentiae, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio, per iudicium integri sensus quaerere comprobetur. Quod si aliqua in agitudine ita fuerint aggrauati, ut quod paulo ante poscebant, sub pra

sub praesentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis
fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & poenitentiae
& reconciliationis beneficium consequantur. Et quod haec fuerit con-
suetudo ecclesiae habetur in ca. maiores de bap. & eius effe-
ctu. in fine ubi sic dicitur. Secus autem si prius catechumini ex-
titerint, & habuissent propositum baptisandi, unde tales in ne-
cessitatis articulo consuevit ecclesia baptisare, haec ibi. Quod
sine dubio esset superfluum, si ecclesia teneret sacramenta nihil
prodesse non ponentibus obicem, aut solam fidem suscipientis iustifica-
re. Ex his liquet constat ipsum sacramentum dum suscipitur, gra-
tiam conferre in non ponente obicem. Item Cypri. lib. iij. epistola-
rum epistola. vij. quae est ad Magnam de his qui in lecto gra-
tiam consequuntur baptismatis. Ex cuius epistolae tenore clare
patet, quod qui plena fide baptismum suscipiunt in lecto aegritudi-
nis aequali gratia donati sunt, cum istis qui sani baptisantur. Ver-
ba Cypri. sunt. Quantum fide concipere & sentire nobis datur
mea sententia haec est. Vt Christianus iudicetur legitimus,
quisquis fuerit in ecclesia lege & iure fidei diuinam gratia-
m consecutus, aut si aliquis existimat eos nihil consecutos,
eo quod aqua salutaris tantum perfusi sint, si inanes & vacui sint
non decipiantur, ut si incommodum languoris euaserint non
baptisentur. Si autem baptisari non possunt, qui iam bap-
tismo ecclesiastico sanctificati sunt, cur in fide sua & domini in-
dulgentia scandalisunt. An consecuti sunt quidem gratia-
m dominicam, sed breuiore & minore mensura muneris di-
uini ac spiritus sancti, ut habeantur quidem Christiani, non
sint tamen ceteris adaequandi. Et inductis testimonijs & ra-
tionibus, quibus probet eos aequalem gratiam sortitos ad-
dit. Cum ad aquam salutaris atque ad baptismi sanctificationem
venitur scire debemus & fidere, quia illic diabolus opprimi-
tur & homo dicatus diuina indulgentia liberatur.

Hic habes quod Leo papa & Cyprianus martyr in ea sententia
fuerunt quam Mar. haereticam vocat.

Tertius articulus quo Mar. dicit. Confessus ante omnia
o. ij. tecum

tecum cogita, quid faceres, si non esset præceptum confiten-
di. In hoc capitulo errat Marti, quia cum homine confiteri sit
iuris positivi, divini, vel humani, de quo infra dicitur non au-
tem iuris naturæ, non pertinet ad virtutem, aut necessariam ani-
mæ iustitiam velle confiteri remoto præcepto. Nam ea dicitur
esse iuris positivi, ad quæ homo non obligatur antequam lex
ponatur, & ablata lege res remanet indifferentes. Et hoc est ge-
neraliter verum in omnibus his, quæ sunt mala solum quia
prohibita, & non prohibita, quia mala in quibus totum bo-
num est obedientia creaturæ rationalis, qua deo subiecta est,
& a re aliqua abstinet, non quia mala est, sed quia prohibita
aut aliquid facit, non quia bonum, sed quia præceptum. Exem-
plum primi, ut in præcepto dato primis parentibus in paradiso.
Exemplum secundi ut in præcepto Abrahamæ dato de im-
molando Isaac, unde Aug. viij. de Genesi ad litteram cap. vi.
sic inquit, Mihi autem etiam atque etiam consideranti dici non
potest quantum placeat illa sententia. Non fuisse illam arborem
cibo noxiam, neque enim qui fecerat omnia bona valde, in pa-
radiso instituerat aliquid mali, sed malum fuisse homini trans-
gressionem præcepti. Oportebat autem ut homo sub domi-
no deo positus aliunde prohiberetur, ut ei promerendi domi-
num suum virtus esset ipsa obedientia, quam possum verif-
sime dicere solam esse virtutem omni creaturæ rationali agē-
ti sub dei potestate. Primumque esse & maximum vicium tu-
moris ad ruinam sua potestate velle uti, cuius vicij nomē est
inobedientia, non esset ergo unde se homo dominum habe-
re cogitaret atque sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Ex his vi-
des quod nolens confiteri remoto præcepto confitendi, non ne-
cessario est indispositus ad iustitiam, non plus quam iudæus no-
lens circumcidi ablato præcepto circumcisionis, & potest de-
bitum amorem habere erga iustitiam, quam quis nolit homini con-
fiteri & habere veram erga deum obedientiam, volendo con-
fiteri solum intentione satisfaciendi præcepto, vel timore of-
fendendi præcipientem. Et male coniungit M. poenitere & con-
fiteri, quasi sint æqualia, si intelligat de confessione homini fa-
cienda, quia poenitere & dolere de offensa dei est iuris natu-
ræ, sup

ra, supposita fide habentis vim obligandi peccatorē pro sta-
tu legis naturæ, legis moysi, & legis euangelicæ, sed confite-
ri homini iuris positivi est, & solus tēporis euangelicæ le-
gis, sicut & baptisari, & sacramentum eucharistiæ sumere,
& quod Mar. addit. Nullum esse in mundo vel paucissimos
qui veram contritiōē habeant, ex seipso videtur omnes me-
tiri, debuerat cogitare multos esse fuisse & futuros esse, qui
peccata oderunt ex vera delectatione iustitiæ, quod autem
addit. Si nullus esset deus nullus infernus certe vix pœnite-
rem, satis absurde loquitur. Quis enim vnq̄ ageret pœnitē-
tiam q̄ deum offenderit, dato q̄ deus non esset, quomodo
offenderetur qui non esset? Et si attendas vere quid sit deus
clare videbis sublato deo, consequēter omnia alia auferri, vt
em̄ sublata causa auferatur effectus, sublato necessario aufer-
tur contingens, sublato eo quod per se est, auferatur id quod
per accidens, & sublato genere auferatur species, sic sublato
creatore auferatur omnis creatura, & sic non solum esset ali-
us ordo sublato deo, & alia lex, sed omnino nullus ordo, nul-
la lex, & ex consequenti nulla peccata.

Quartus articulus q̄ fides qua creditur verbum Christi
verum. Quodcunq̄ solueris & c. magis requiritur in absolu-
tione sacramentali q̄ cōtritiō, & ipsa sola satis est, quicq̄ sit de
contritiōe, tantum inquit habes q̄tum credis. Hunc articu-
lum ponit M. pluribus locis vt in declaratione conclusionis,
viij. circa finem. Item in declaratione conclusionis, xxxviij. &
in sermone de præparatione ad eucharistiā & in sermone
de pœnitentiā, in quo etiam addit hæc verba. Imo esto per
impossibile q̄ confessus non sit contritus, aut sacerdos non
serio sed ioco absoluat, si tamen credat se esse absolutum ve-
rissime est absolutus, tanta res est fides, & tam potens verbū
Christi. Hic primum vide hunc modum loquendi. Sic enim
loquitur tanq̄ impossibile sit, q̄ confessurus non sit contri-
tus, cum hoc non solum sit possibile, sed valde facile, cum nō
raro cōtingat eum qui confitetur nolle restituere iniuste ab-
lata, aut nolle vitare causas & occasiones peccatorum, & qui-
dam confitentium dicunt se a peccatis abstinere non posse,
& vt

& vt hæc omnia desint multi habēt tam exiguum de offen-
sis dolorem, vt non sit pœnitentia condigna peccato, nec me-
reatur vocari contritio. Sed ad rem veniendo M. videtur sup-
ponere q̄ possit esse contritio sine fide verbi Christi, & de
potestate data sacerdoti cum dicit. Ego autem dico tibi q̄ si
etiam contritus accesseris & non credideris in absolutionē,
sunt tibi sacramenta in mortem & damnationem, quod vi-
detur falsum. Nam contritus habet veram fidem saltem im-
plicitam de omnibus credendis, quorum vnum est q̄ sacer-
dos potest absoluere pœnitentem a peccatis. Si vero M. sen-
tiat sicut verba eius quandoq̄ sonant, q̄ debeat firmiter cre-
dere se absolui, vel esse absolutum quando sacerdos eum ab-
soluit, & verba absolutionis super ipsum pronūciat, illa non
est fides catholica neq̄ absolutioni necessaria. Nam de lege
cōmuni viator non est certificatus de sua sanctitate aut dig-
nitate, nisi certitudine probabilitatis, quæ non est nisi opinio
& stat cum formidine & metu de opposito. Videtur itaq̄ q̄
quis possit absolui per sacerdotem a peccatis suis, q̄uis for-
midet se non absolui, sicut aliquis potest in oratione sua ex-
audiri, q̄uis timeat vel dubitet. Imo credat se non exaudiri,
id quod beatus Iob de se asserit Iob. ix. vbi inquit. Et cum in-
uocantem me exaudierit, non credo q̄ audierit vocem me-
am, & tamen fides in oratione requiritur sicut in susceptio-
ne sacramenti. Iuxta illud quicquid petieritis orantes credite
& accipietis, & illud Iacobi. Oret autem in fide nihil hæsitās
Præterea sicut secundum Mar. vera confessio impœnitentiæ
pro pœnitentia reputatur apud deum, cur non similiter vera
confessio incredulitatis pro fide reputatur? Sunt enī volen-
tes credere nec potentes qui inde vehementer dolent ex cor-
de dicentes. Domine adiuua incredulitatem meam, & cum
Apostolis orātes. Domine auge nobis fidem quod ipsi quo-
q̄ M. alibi vsq̄ adeo placet, vt asserat a dultum in sola fide ec-
clesiæ vel alterius hominis, non indigne accedere ad sacramē-
tum eucharistiæ.

Item non obstante fide verbi Chri. quodcūq̄ solueris, po-
test ipse sacerdos rationabiliter timere, ne non sit absolutus
pœni-

poenitens, propter impedimentum latens ex parte suscipien-
tis, quia iuxta Cypri, lib. iij. epistolarū, epistola. iij. Dominus
quādoq; serui sententiā emēdat. Cypri, verba sunt. Neq; em̄
præiudicamus domino iudicaturō, quo minus si poenitenti-
am plenam & iustam peccatoris inuenerit, tunc ratum faci-
at quod a nobis fuerit hic statutum. Si vero nos aliquis poe-
nitentiæ simulatione deluserit, deus qui non irridetur, & qui
cor hominis intuetur, de his quę nos minus prospeximus iu-
dicet, & seruorum sententiam dominus emendet.

Hic vides secūdam Cypriā, clauem errare posse in eo qui
non sufficienter dolet de peccatis.

Item fides quæ iustificat est fides catholica non fides qua
creditur q̄ iste vel ille sit absolutus, cū possit poenitēs teme-
re credere se absolui, sicut & sacerdos potest cito manū impo-
nere, & iuxta Hiero, aliqd habere de supercilio phariseorū, vt
putet se noxios soluere & innoxios ligare. vnde Cy. in li. de
lapsis oportet dei sacerdotē nō obsequijs decipiētibus falle-
re, sed remedijs salutaribus prouidere, imperitus est medicus
q̄ timētes vulnerū sinus manu parcente cōtrectat, & in altis
recessibus viscerū virus inclusum dū seruat exaggerat, ape-
riendū vulnus est & secandum, & putaminibus amputatis
medela fortiore curandum, & infra. Contra euangelij vigo-
rem, contra domini ac dei legem temeritate quorundā laxa-
tur incautis cōmunicatio, irrita & falsa pax periculosa danti-
bus, & nihil accipiētibus profutura, non quærūt sanitatis pa-
tientiā, nec verā de satisfactiōe medicinā, poenitētia de pec-
catoribus exclusa est, grauissimi & extremi delicti memoria
sublata est, operiuntur morientium vulnera, & plaga letalis
altis & profundis visceribus infixā, dissimulato dolore cō-
tegitur. Hæc Apostolici vigoris sententia gloriosissimi mar-
tyris Cypriā, sufficienter euacuat in hoc articulo dicta Mar-
quibus apparet q̄ta cura sit adhibenda de contritiōe, nec fa-
cile credere debeat poenitens se absolui. Item dei remissio in-
certa esse potest, vt Mar. ipse fatetur licet de misericordia &
potestate dei dubitari nō possit propter fidei articulū, q̄ credi-
mus remissionē peccatorū, cur similiter dei p̄ hoēm remissio
nō pote

non poterit esse incerta, quibus indubitata fide teneatur quod que-
cunque soluerit sacerdos in terra, soluta sint & in coelis, maxi-
me secundum Mar. dicentem & pro certo tenentem, quod sa-
cerdotis remissio sit solum remissionis diuinae declaratio, &
poenitentis de remissione diuinitus facta assecuratio. Qui e-
nim aliquid declarat esse vel non esse, fuisse vel non fuisse ni-
hil addit aut mutat, sed tantummodo rem ut est demonstrat
si recte declarat, ut pontifex declarans aliquid esse fide tenen-
dum non facit nouiter esse aliquid de fide, sed quod prius erat & nes-
ciebatur aut dubitabatur certius demonstrat, & iuris peritus
dum legis imperialis mentem dubiam declarat si recte facit
legem nec ampliat nec restringit, sed sensum qui prius late-
bat ostendit, in qua declaratione quandoque euenit error per
ignorantiam vel maliciam, ergo similiter potest sacerdos ex
negligentia imperitia vel malicia errare, ac eum qui ligatus
est solutum declarare & ediuerso. Hinc videntur nati cano-
nes quibus decernitur simoniacus qui recte poenitentem o-
dio excludit, aut minus recte poenitentem fauore reconci-
liat. Causa erroris Mar. est quod certitudinem maioris proposi-
tionis minori applicat. Certum est enim quod quemcunque sacer-
dos soluit solutus est, sed utrum hunc aut illum soluat ratio-
nabiliter dubitari potest, cum possit esse defectus in poeni-
te & abusus potestatis in sacerdote, sicut in simili quemcunque
peritus medicus sanauerit sanatus erit, sed in applicatiōe cir-
ca hunc hominem error esse potest, propter quem medicus
faciens quae sunt artis non tamen sanabit.

Tamen probabilius credo quod sacerdos peccata remittat li-
get & soluat non solum declaratiue, sed vere propter id quod
scriptum est Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &
quorum retinueritis retenta sunt. Aliud est enim remittere,
Aliud monstrare esse remissa & ex supra dictis constat tam
in baptismo quam in poenitentia plerumque peccata non esse re-
missa antequam adhibeatur sacerdotis ministerium, & quia scri-
ptum est, Tibi dabo clauis regni coelorum. Non enim clauis
monstratur ostium apertum esse vel clausum, sed clauditur
& aperitur, & quod sequitur quodcunque ligaueris & quod
cunque

cunq̄ solueris non ad ligationis aut solutionis iam factę de-
monstrationem aut declarationem referendum esse videtur,
alias dicendum fuerat quodcunq̄ ligueris ligatū, & quodcū
q̄ solueris solutū fuit. Similiter non dicitur quoz̄ remiseritis
remissa fuerūt, sed remissa erūt quod tamē dicendum esse vi-
debatur, si remissionem præteritam tantummodo declarant.
Non igitur negandum est quin homines peccata remittant
cū id expresse dicat Christus in euāgelio, quam potestātē si
quis nō intelligit non propterea neget aut litiget, sed humili-
ter credat deum posse facere supraq̄ homo possit intelligere,
& sapiat ad sobrietatem sicut ei dominus partitus est mensu-
ram fidei, ac deum glorificet qui talem potestatem dedit ho-
minibus. Videbatur inquit Ambro. impossibile q̄ aqua ab-
lueret peccatum, sed deus in baptismo hoc fecit esse possibi-
le lib. ij. de pœnitentiā ca. ij. Ambro. verba sunt. Quæ impos-
sibilia sunt homini possibilia sunt apud deum, & potens est
deus, quando vult donare nobis peccata etiā quæ putamus
non posse concedi, & ideo quod nobis impossibile impetra-
tu videtur deo donare possibile est. Nam impossibile vide-
batur q̄ peccatum ablueret aqua. Deniq̄ Naaman sirus le-
pram suam mūdari per aquam posse non credidit, sed quod
impossibile erat, fecit deus possibile esse, qui tātam nobis do-
navit gratiam. Similiter impossibile videbatur per pœniten-
tiam peccata dimitti, concessit hoc Christus Apostolis suis
quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est, fa-
ctum est igitur possibile, quod impossibile videbatur. Hac
ille. Et sacerdos in verbo Christi creaturam mutat in corpus
eius & sanguinem, quod si non creditur, non intelligitur. Si-
militer dedit deus hominibus potestatem remittendi pecca-
ta, vnde Chrysost. lib. iij. de dignitate sacerdotali ca. v. Sacer-
dotes potestatem acceperūt, quam neq̄ angelis, neq̄ archā-
gelis dedit deus. Neq̄ enim ad illos dictum est. Quæcunq̄
ligaueritis supra terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcūq̄
solueritis erunt soluta, habent quidem & mundi principes
vinciendi aliquam potestatem, sed qua in solis corporibus li-
cet. Hoc autem vinculum quod sacerdotibus cōmissum est,

p i ipsam

ipsam contingit animam, & infra. Omne iudicium dedit pater filio, at hoc video a filio sacerdotibus totum esse commissum. Hæc ille. Non obstat si dicatur quod deus solus peccata remittit, quemadmodum quod dicitur deus est, qui facit mirabilia magna solus, non est contrarium ei, quod eadem scriptura dicit de viro iusto. Fecit enim mirabilia in vita sua, deus enim solus peccata remittit, & per sacerdotes remittit, & solus facit mirabilia, & sanctos suos mirificat per quos & ipsa facit mirabilia.

Ex dictis patet, quod licet fides requiratur ad iustificationem peccatoris poenitentis, tamē ipsa sola non sufficit, nec recte comparatur contritioni, eo quod contritio fidem includat & presupponat. Nam virtus poenitentiae est proximior causa actus contritionis, quam virtus fidei, nec potest esse nisi praesupposita fide, supra quam aliquid addit. Patet etiam quod fides ad iustificationem requisita non est de eo quod poenitens sit absolutus, cum hoc credere firmiter non teneatur ipse qui absoluitur. Et contritioni attestatur sacra scriptura, ut Esaie vlti. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculū & contritū spiritu & tremētē sermones meos, Et psal. I. Cor contritū & humiliatū deus nō despicias, & alibi Qui sanat contritos corde, & alligat omnes contritiones eorum, & in Ezechiele. Quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor, & in euangelio Matthaei. v. Beati pauperes spiritu, & beati qui lugent, Huiusmodi testimonia non facile reperies, de iustificatione eius qui sacramentaliter absoluitur, ex fide sola sine contritione, vnde Augusti, in enchiridio cap. lxxv. In actione poenitentiae ubi tale crimen commissum est, ut is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris. Cor enim contritum & humiliatum, deus non spernit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba, vel quocumque alia signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur. Gemitus meus a te nō est absconditus, recte constituuntur ab his qui

hæc ille. Non obstat si dicatur quod deus solus peccata remittit, quemadmodum quod dicitur deus est, qui facit mirabilia magna solus, non est contrarium ei, quod eadem scriptura dicit de viro iusto. Fecit enim mirabilia in vita sua, deus enim solus peccata remittit, & per sacerdotes remittit, & solus facit mirabilia, & sanctos suos mirificat per quos & ipsa facit mirabilia.

his qui ecclesie præsumunt tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam sa-
tis ecclesie, in qua remittuntur ipsa peccata. Hic consydera
q̄ Augusti, vim facit in quãtitate doloris, qui dolenti notior
est quam sacerdoti, & vult Augusti, q̄ peccator sic perfecte
dolens, statim possit absolui, si sacerdoti constaret sufficientia
doloris. Similia facile induci possunt, ex dictis aliorum san-
ctorum Ambrosii, Hierony, Chrysoft. Cypria, & qui confidit
se absolui per suum dolorem, non est dicendus confidere in
operibus suis, sed in dono dei. Nam vera pœnitentia donum
dei est, vt probatur. ij. ad Timotheum. ij. Ne forte det illis de-
us pœnitentiam, ex quo concludit Augusti, enchiridij capi-
lxxxij. q̄ non solum cum agitur pœnitentia, sed etiam vt aga-
tur misericordia dei necessaria est. Adde ad prædicta non o-
mnem fidem per dilectionem operari, Est enim quædam fi-
des per timorem operans, vt in facientibus mandata metu
pœne infernalis, quam fide tenet peccatoribus paratam. Est
& fides tota & adeo perfecta, vt montes transferat, quæ ta-
men secundum Apostolum sine charitate non prodest. Est
deniq; fides mortua, quæ nihil vitale operatur. Nihil itaq; pro-
hibet credere deum esse in promissis veracem, & cum ea fi-
de sacramentum recipere, nec tamen dei gratiã assequi. Nun-
quid enim Corinthij quos de indigna communicatione cor-
poris & sanguinis domini Pau. arguit, non credebant deum
esse veracem. Aut nunquid de dei promissis dubitasse argu-
untur. Et q̄ inducit MARTI, q̄ etiam si sacerdos ioco,
& non serio absoluat, q̄ est absolutus nihil valent probatio-
nes eius de Athanasio puero, quia non dicitur q̄ illi qui sic
ioco baptisabantur non peccarent, quia verisimilius est, q̄
tam baptisans quam baptisatus irreuerentiam faciebant sa-
cramento. Et exemplum de Mimo est ad contrarium, Is cõ-
intendebat deridere baptismum, & ita, si exemplum qua-
draret probaretur q̄ absoluendus deridens confessionem
esset absolutus, dicit MARTINVS. Ne cures si sacerdos

p. ij. litle

sit leuis, quia non in sua potestate, sed in verbo Christi absoluit, in quo videtur dissuadere ne confitens sit sollicitus de bono, & prudenti confessore acquirendo. Cui responderetur quod licet deus solus aut principaliter sanet, tamen quaerimus bonum medicum, & licet nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam, tamen quaerimus fideles custodes, ita quaerendus est bonus & prudens sacerdos, quibus deus aut solus aut principaliter absoluat.

Quintus articulus Marti, improbat modum examinandi conscientiam contra ea, quem poenitet de poenitentia d. v. & canonem concilij generalis in ea. Omnis vtriusque sexus, poterat addi & cap. consideret de poenitentia d. vi. Nam in illis locis habetur quod Omnia peccata sunt confitenda, quod omnes haecenus intellexerunt verum esse, de mortalibus post baptismum commissis, in quo necessaria est conscientiae discussio, & propriae vitae diligens examinatio, maxime his qui diu perseuerauerunt, in vita peccaminosa. Mar. vero dicit, quod hi qui volunt hoc facere frustra laborant, & quod impossibile sit omnia peccata mortalia cognoscere, & multo minus confiteri. Item quod in illis canonibus dicitur de illis circumstantiis confitendis, & inquirendis Marti, improbat, non solum in alijs, sed etiam in responsione ad condemnationem ubi sic dicit. Si iste canon omnium peccatorum simpliciter exigeret confessionem dammandus esset, ut impius & perniciosissimus. Nam inde nati sunt libelli isti, de modo confitendi, ubi peccata in matres, filias, sorores, neptes, & nepotes, infinitasque alias species distincta sunt, nulla alia cura, nisi ut nullum peccatum omitteretur in confessione. Item in ratione confitendi ca. ix. dicit. Addiderunt his malis quidem circumstantiarum molestissimum negotium, nec releuat, si dicatur quod illa ca. in decretis & iij. sententiarum sumpta sint ex lib. quodam apocrypho, de vera & falsa poenitentia qui Aug. falso intitatur. Nam dato quod lib. non sit Aug. & quod quo ad auctorem sit apocryphus, tamen doctrina lib. non est apocrypha, sed certa, & non solum communi consensu, & vsu ecclesiae qui in posituius vim legis habet, sed etiam per concilia generalia, & pontifices eadem doctrina roborata

roborata est, vt expresse habetur de circumstantijs & numero peccatorū in ca. Omnis vtriusq; sexus. Item de circumstantijs in ca. Deus qui eccliam eodā titulo, & ca. sicut dignū de homicidio, & ita licet illa capitula inquātum sunt allegata p̄ gratianum, vel magistrum sententiarum, nihil plus habeant auctoritatis q̄ originalia, vnde sumpta sunt, tamen vt incorporata canonibus secundum quos, & in scholis, & in iudicijs a pontifice nos regulare iubemur authentica sunt. Præterea si omnes lib. reiecturi sumus, quorum auctores ignorantur restat vt bonam biblię partem reseceamus, nihilominus propter calūniatores q̄rū potui curavi, & curabo vt certos auctores allegē, & M. qui aliquoties dicit se audire papā, sed in canonibus loquentem non debuit reiicere in materia confessionis circumstantias quas papa diligenter considerandas, & inquirendas esse canonibus præcipit, alias quale potest esse iudicium non consideratis negocij circumstantijs. Mens ergo canonis est q̄ vnusquisq; omnia sua mortalia ad minus in pascha confiteatur, quæ facta diligenti, & matura relectione in mentem venire possunt, qua facta, si aliquod peccatum lateat non impeditur cōfessionis aut absolutionis fructus. Quis vero sit modus recolligēdi se ad memoriā peccatorum, non potest vna generali regula tradi propter, varietatem personarum & negociorū, in quo credendum est expertis & prudentibus confessoribus.

Vnum ex motiuis & principale quibus Mar. asserit omnia mortalia non debere confiteri est, quia omne quod facimus est peccatū etiam mortale, & damnabile si deus per rigorem iudicet, & non misericordia ignoscente ignoscat, qd̄ fundamentum, quia falsum esse monstratum est sufficienter circa primū articulum, non opus est denuo improbare. Eiusdem ponderis est quod dicit de rāione confitendi capi. viij. quoniam hoc est mortalium mortalissimum non credere se esse damnabili & mortali peccato obnoxium coram deo, ad quam insaniam isti theologi hac regula sua nituntur data opera & perditissime trahere hominum conscientias, dum docent venialia esse distincta a mortalibus suo scilicet more. Et
addit

addit ab Aug. Cypri. & alijs patribus non peccata mortalia, sed criminalia, id est ea quæ accusari & conuinci poterant ligata, & soluta fuisse, & sic exponit decretum, Omnia peccata, id est omnia crimina, ut de quibus vel alij vel ipsius conscientia eum accusant, Conscientia inq̄ recta non ex traditionibus hominum cauterisata & pessime informata, sed ex diuinis mandatis erudita, hæc Mar.

Hic primum considera an non sit accusatio dignum, quod est morte æterna dignum: Nam longe grauius est dānari non quōcunq̄, sed ad mortem, non quācunq̄ mortem, sed æternam, nec a quocunq̄ iudice, sed iustissimo & clemētissimo, quam accusari posse, vel accusatio dignum esse. Vnde sequi videtur omnia opera nostra esse criminalia si sunt mortalia & damnabilia ut nulla sit M. distinctio inter mortale & criminale quin potius si secundum leges hominum loquendum est non quæcūq̄ crimina sunt mortalia ut sit crimen mortale, grauissimū crimen, quod morte puniendum sit. Attende, ij. decretū concilij in ca. Omnis vtriusq̄ sexus fieri multo grauius & importabilius hac interpretatione. Ex ea enim sequitur, q̄ omnia omnino peccata sunt confitenda, quia nullum est peccatū, de quo si cognoscatur recta cōscientia nō arguat peccatē & accuset, & omne peccatum sacris literis prohibetur iuxta Aug. dicentem, Nihil peccatum erit, si diuinitus non iubeatur ut non sit, & sic verbum ociosum, mendacium iocosum, & alia venialia comprehenduntur sub statuto concilij generalis. Vides quid sequatur cum relinquuntur vie regie, & transgrediuntur limites, quos posuerunt patres, & q̄ multis mendacijs opus est ad vnum mendacium contegendum. Est igitur crimen idem quod mortale peccatum, & omne mortale peccatum est crimen, cum omne mortale peccatum sit accusatio & dānatione dignum. Crimen em̄ secundum Aug. super Ioannem tractu. xli. est peccatum graue accusatio, & damnatione dignissimum. Non sicut Mar. dicit quod accusari & conuinci potest. Multa em̄ sunt crimina occulta, quæ ob defectum probationum conuinci nequeūt, sed pro quo accusatus & conuictus dānari potest
id est

id est humanis legibus puniri, quando ad factum vsq; dedu-
citur quia de cogitationibus, quæ suis terminis continentur
humane leges non iudicant, deus autem intuetur cor, & vo-
luntate, etiam sine opere offenditur, apud quem voluntas ad
ulteriꝝ pro adulterio, & homicidij pro homicidio punitur, vn-
de Ioannes in canonica sua, Qui odit fratrem suum, homici-
da est, vbi Augusti, Adhuc ambulat, & homicidij reus tene-
ris, Idem dicit Augusti, de voluntate adulteriꝝ, & q̄ ista crimi-
na & mortalia peccata idem sint apparet per hoc quod dicit
Augu, in loco allegato, Prima libertas est carere criminibus
Anima enim subiecta mortali peccato non solum non est li-
bera, sed neq; viua, Anima enim quæ peccauerit ipsa morie-
tur, & os quod mentitur occidit animam, Et quacunq; hora
comederis morte morieris, Ex quibus apparet peccatum di-
ci mortale quod animæ vitam aufert, & mortē affert, quod
non fit nisi peccatum tale sit vt auferat charitatem, cōcordat
Gregori, lib. xxi, moralium capitu, ix, Hoc inter peccatum
distat, & crimen q̄ omne crimen peccatum est, non tamen
omne peccatum crimen est, & in hac vīta multi sine cri-
mine, nullus vero esse sine peccatis valet, & infra in qua vi-
delicet peccatorum & criminum distinctione pensandum
est, quia non nulla peccata animam polluunt, quam crimina
extingunt, Ex quo patet apud Gregoriū, crimen vocari pec-
catum quod animæ vitam aufert.

Et mirum est M, ita stomachari in theologos qui conan-
tur distinguere mortalia a venialibus cum eadem sit difficul-
tas secundū eum distinguēdi criminalia a non criminalibus
& Aug. multis locis conetur distinguere peccata iustorū, &
quæ iustitiā nō adimūt ab alijs, vt, i, de ci, dei, ca, ix, & eiusdē
lib. xxi, & in enchiridio ca, xxij, lre ca, lxiij, lxv, lxvi, & lxvij,
in li, de spiritu & littera ca, vi, lib, de pfectione iustitiæ in fine
super Ioannem multis locis signanter tractu allegato, xli, Vt
quid em̄ tam sanctus, & sapiens tāto labore id conatur si nō
est vtile interoscere veniale a mortali? ac si diceres non esse
vtile, vt medicus discernat morbum letalem a non letali.

Et cum M, dicit ideo duplicis confitendi mō instructus
Vno,

Vno, quo sacerdoti omnia manifeste mortalia confitearis, quod
est difficile sit discerni mortalia a venialibus, nisi sit in opere
manifesto aut euidenti consensu cordis, dissentit a seipso in
libello de ratione confitendi, vbi vult mortalia distincta esse
a criminalibus, vt supra dictum est. Item dissentit a seipso con-
clusionem. vii. vbi dicit, Nulli prorsus remittit deus culpam quin
simul subiiciat eum in omnibus humiliatum sacerdoti suo vi-
cario. Quam conclusionem dicit se asserere, nec egere proba-
tione, vbi dicit deum non remittere culpam, & non dicit cri-
men aut mortale peccatum. Item quid dicemus de crimine ad-
missio per ignorantiam, an non erit confitendum, quia confi-
tens ignorat se peccasse: quid de heresi que numeratur inter
manifesta opera carnis, an non tenebitur haereticus confiteri
heresim suam? Item qui dubitat, an peccauerit mortaliter, an
non, & an consensus ad illicitum sit mortalis, vel perfectus,
& plenus an non: nonne tutius erit confiteri? & quis secun-
dum Mar. assecurabit poenitentem de remissione? & nonne
in tali casu non confitens amat periculum contra illud ecele-
siastici. iij. Qui amat periculum peribit in illo. Et pro pleni-
ori intellectu materiae notandum, est quod duplex est poeniten-
tia. Vna sacramentalis altera non sacramentalis. Non sacramen-
talis, vt que precedit baptismum in adultis secundum quod Au-
gu. dicit. Quisquis suae voluntatis est arbiter non potest incho-
are nouam vitam nisi eum poeniteat vitae veteris. Item poeni-
tentia venialium quae durat per totam vitam. Has duas spe-
cies ponit Aug. lib. de poeni. & est. v. sermo in lib. I. homilia-
rum, quem & venerabilis Beda citat vt Aug. Altera est poe-
nitentia sacramentalis, & ista apud veteres adhuc est triplex:
Secreta, publica, & solemnis. De solemni habes apud Amb.
lib. ij. de poenitentia, & apud Aug. in epistola ad Macedoni-
um, & ista regulariter non fiebat nisi semel, & pro enormi-
bus & magnis criminibus etiam si crimina repeterentur non
negabatur quidem poenitentia, sed solemnis tantum, vnde Au-
gu. quod quis caute salubriterque prouisum sit, vt locus illius hu-
millimae poenitentiae semel in ecclesia concedatur, ne medici-
na vilis minus utilis esset egrotis, quae tanto magis salubris
est quae

est q̄to minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat di-
cere deo. Quare huic homini parcis & c. Altera est poeniten-
tia publica quando crimen est publicum vel visum fuerat sa-
cerdoti esse publicandum pro salute poenitentis & edificati-
one populi. vnde Augu. loco allegato. Iudicet ergo seipsum
homo in istis voluntate dū potest & mores conuertat in me-
lius. Ne cum iam non poterit etiam præter voluntatem a do-
mino iudicetur, & cum in se protulerit seuerissime medicine
sententiā, veniat ad antistites p̄ quos illi in ecclesia clauis mi-
nistratur, & tanq̄ bonus incipiens iam esse filius maternorū
membrorum ordine custodito a præpositis sacramentorum
accipiat satisfactionis sue modū, & infra. Atq̄ expedire vtili-
tati ecclesiæ videtur antistiti in notitia multorū vel etiam to-
tius plebis agere poenitentiam non resistat non letali & mor-
tifere plagæ per pudorē addat tumorem. Item Origenes tra-
ctans psalmū. xxxvij. homilia. ij. ostendit quomodo vere poe-
nitens facit exomologesim suam, id est confessionem, nō eru-
bescat coram multis accusare se vbi inquit. Cur non potius
ipse me arguo, ipse me confuto, quid expecto accusatorem
cum accusator meus conscientia mea mecum sit, sic forte &
ille mihi parcat, si ipse mihi non parcam. Idem dicit super le-
uiticum tractans de curatione lepræ vbi iubentur leprosi ve-
stimenta esse dissuta vt peccatum non tegatur, sed turpitudine
pateat. Idem dicit Ambro. Tertia est poenitentia secreta quā
do peccatum occultum est nec videtur iudicio discreti sacer-
dotis necessarium salutis poenitentis aut aliorum, vt publice-
tur vel delictum vel poenitentia. Et sunt omnes iste tres poe-
nitentiæ sacramentales. Non enim est de ratione sacramenti,
q̄ confessio sit secreta, sed potest esse publica vel secreta indis-
ferenter q̄tum est ex parte sacramenti. Et q̄ solemnīs & pub-
lica fuerint in primitiua ecclesia constat ex scriptis non solū
Aug. Amb. Chryso. sed etiam Orige. Cypri. & Diony. Vnde
Dionysius lib. ecclesiastice Hierarchie ca. iij. parte. ij. ponit. iij
ordines qui excludebantur a templo post sacram lectionem
ne viderent consecrationem Cathecumini, Energumini, A-
postate & poenitētes. Q̄ aut̄ etiā secreta confessio fuerit a-

1
pud veteres patet ex epistolis beati Leonis papæ qui fuit tē
pore Theodosij iunioris nepotis magni Theodosij vt episto
la. lvij. vbi reprobatur consuetudinem cogendi petentes poenit
entiam ad exhibendum libellum publice recitandum, cum
reatus conscientiarū sufficiat solis sacerdotibus indicare cōfes
sione secreta, & Cy. qui fuit longe anterior. Fuit em̄ tpe Cor
nelij pape inter quē & Siluestrū fuerunt decem pontifices
ostēdit in lib. de lapsis q̄ confitebantur metu diuini iudicij
etiam nudum cordis cogitatum & poenitentiaē salutaris re
media suscipiebant.

Verba Cypri. sunt. Videt deus corda & pectora singulo
rum & iudicaturus non tantum de factis, sed & de verbis,
& de cogitationibus nostris omnium mentes voluntatesq̄
conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur, de
niq̄ q̄to & fide maiore & timore meliore sunt, qui quāuis
nullo sacrificij aut libelli facinore constricti, quoniam tamen
de hoc vel cogitauerūt hoc ip̄m apud sacerdotes dei dolenter
& simpliciter confitentur, exomologesim conscientiaē faciūt,
animi sui pondus exponunt, salutarem medelam paruis licet
& modicis vulneribus exquirunt, scientes scriptum esse de
us non iridetur derideri & circūueniri deus non potest nec
astutia aliqua fallente deludi, plus immo delinquit, qui secū
dum hominē deum cogitās euadere se poenā criminis credit
si non palam crimē admisit. Christus in præceptis suis dicit:
Qui me cōfusus fuerit cōfundet eum filius hominis & chri
stianū se putet, qui christianū se esse aut cōfunditur aut vere
tur? Quō potest esse cū Christo qui ad Christū p̄tinere aut
erubescit aut metuit? Minus plane peccauerit nō vidēdo i
dola nec sub oculis circūstantis atq̄ insultātis populi sanctita
tē fidei prophanādo nō polluēdo manus suas funestis sacri
ficijs nec sceleratis cibus ora maculādo. Hoc eo proficit vt sit
minor culpa nō vt innocēs consciētia facilius potest ad veni
am criminis peruenire, non est tamē immunis a crimine, nec
esset in agenda poenitentia atq̄ in domini misericordia de
precanda, ne quod mirus esse in qualitate delicti videtur, in
neglecta satisfactione cumuletur. Confiteantur singuli quæ
so vos

so vos fratres delictum suum dum adhuc qui deliquit in se-
culo est dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio
& remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est.
Conuertamur ad dominum mente tota & poenitentia crimi-
nis veris doloribus exprimentes dei misericordiam deprecemur.

Ex hoc textu nota primo indubitatum fuisse apud Cyprianum
consensum voluntatis, & peccatum cordis sine exteriori o-
pere vel verbo sacerdotibus esse confitendum. Secundo quod
pro solo cordis consensu fuerint canonice poenitentia per sa-
cerdotes accipiendae. Ex quo patet contra Martini, quod poena
canonice non pro solis manifestis criminibus imponeban-
tur, sed etiam pro occultis spontanea confessione manifestatis.
Tertio nota quod Cyprianus latini sermonis obseruantissimus
crimen appellat consensum cordis clausum in voluntate. unde
apparet confirmatio supradictorum quod videlicet mortale
& criminale idem sunt. Nota, iiii. quod dicit remissio facta per
sacerdotes, ubi vides potestatem ligandi, & soluendi datam
sacerdotibus equaliter se extendere ad peccata cordis sicut ad
peccata oris & operis.

Item idem Cyprianus, tam necessariam peccati confessionem, & eccle-
siae reconciliationem credit ut in periculo mortis & absentia epis-
copi & sacerdotis diacono confiteri consulerit. Verba eius sunt
epistola, xvij. li. iij. Quonia tamem video facultatem veniendi ad
vos nondum esse, & iam aetate cepisse quod tempus infirmita-
tibus assiduus, & grauibus infestat occurrendum puto fratribus
nostris, ut qui libellos a martyribus acceperunt si incommodo aliquo
infirmitatis periculo occupati fuerint non expectent poenitentiam
nostram apud presbiterum quemcumque poenitentem vel si presbiter re-
ptus non fuerit & vrgeri exitus ceperit apud diaconum quemcumque ex o-
mologesim facere delicti sui possunt, ut manu eis in poenitentiam
imposita veniant ad dominum cum pace quam dari martyres literis ad
nos factis desiderauerunt. Idem habet epistola sequenti & alijs locis

Item de confessione secreta est textus apertus Leonis pa-
pae scribentis vniuersis episcopis per Campaniam, Sunium,
& Picentinum ubi inter caetera sic inquit. Illam etiam con-
tra Apostolicam regulam praesumptionem quam nuper agnouit

q. ij.

a qui-

et quibusdam illicita usurpatione committi modis omnibus
constituo submoueri De poenitentia videlicet quae a fidelibus
postulatur ne de singulorum genere libellis scripta pro-
fessio publice recitetur cum reatus conscientiarum sufficiat
solis sacerdotibus indicare confessione secreta. Quis enim
plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter dei ti-
morem apud homines erubescere non veretur, tamen quia
non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea qui poenitentiam
poscunt non timeant publicare, remoueatur improbabilis con-
suetudo ne multi a poenitentiae remedijs arceantur, dum aut
erubescunt aut metunt inimicis suis sua facta referare qui-
bus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa
confessio quae primum deo offertur tunc etiam sacerdoti qui
pro delictis poenitentium precator accedit. Tunc enim demum
plures ad poenitentiam poterunt prouocari, si populi auribus
non publicetur conscientia confitentis.

Hic apparet manifeste sublatam esse consuetudinem qua
poenitentes aliter non recipiebantur nisi peccata de quibus
poenitentiam petebant publice recitarentur, quae tamen con-
suetudo ex antiquo more descendebat quo etiam occulta si
uisum fuerat episcopo vel sacerdoti salutis populi aut confite-
tis conuenire publicabantur, de quo apud Aug. lib. de poe-
nitentia & apud Orige. super psalmum. xxxvij. homilia. ij. sed
in hoc excedebat consuetudo sublata, quod non aliter poenite-
tes recipiebat, nisi indifferenter quaelibet occulta crimina pub-
licando non habita ratione scandali, aut periculi non habita
etiam ratione infirmitatis poenitentium. Item & quod erat du-
ritius describebatur libellis datis. Nota etiam quod dicit quae pri-
mum deo, deinde sacerdoti offertur, unde vides illa eadem
crimina, quae deo primum conscientia confitentur, postea sa-
cerdoti confitenda esse. Nota etiam quod Leo hic nihil noui iu-
ris inducit, sed simpliciter quid faciendum sit explicat. Unde
idem Leo scribens Theodoro episcopo Foroliuensi dicit.
Multiplex misericordia dei ita lapsibus subuenit humanis,
ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae
medicinam

medicinā, spes vite reparetur aeternae. Et qui regenerationis
dona violassent proprio se iudicio condemnantes ad remissi
onem criminum peruenirent, sic diuinā bonitatis presidij
ordinatis, vt indulgentia dei, nisi supplicatione sacerdotū ne
queat obtineri. Mediator enim dei & hominū, homo Chri
stus Iesus hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, vt &
confitentibus actionem poenitentiae darent, & salubri satiffa
ctione purgatos ad communionem sacramentorum per ia
nuam reconciliationis admitterent, cui utiq; operi ipse Salua
tor interuenit, nec vnq; ab his abest, quae ministris exequen
da commisit dicens, Ecce ego vobiscum sum, omnibus die
bus vsq; ad consummationem saeculi, vt si quid per seruitu
tem nostram bono ordine, & gratulando impletur effectu,
non ambigamus per spiritum sanctum fuisse donatum. Hic
textus bene notandus est. Primum vbi dicit diuinā bonita
tis presidij ordinatis non humanis constitutionibus. Dein
de q; aliter venia nequeat obtineri nisi supplicatiōe sacerdo
tum, quod utiq; nisi diuinitus proueniret viderentur sibi ho
mines arctasse viam ad regna caelorum. Item habes assisten
tiam Christi infallibilem in opere reconciliationis poenitenti
alis, quam nulla potest praestare vel auferre humana consti
tutio. Vnde satis patenter habetur confessionem esse diuini
iuris aut saltem diuine institutionis. Certum est enim q; ba
ptisatus post lapsum in crimē mortale diuino praecepto tene
tur deo recōciliari, & hic dicitur q; aliter non potest nisi sup
plicatione sacerdotum qua supplicant pro sibi cōfessis, & tā
dem absolutione dignos repertos sibi reconciliant, nec quic
q; hic instituit aut cuiuscunq; constitutionis humanae memi
nit Leo, sed tantūmodo regulam vocat ecclesiasticam, & fa
cit ad propositum quod praemittit textu i nunc allegato haec
verba. Quia in causis quae ad generalem obseruantiam per
tinent omnium domini sacerdotum sine primatibus non o
portet inquiri vbi significat q; quia vniuersalis obseruantiae
erat quod petijt episcopus (Petebat autem quid de poenitē
tibus mortuis ante reconciliatiōē agendum esset) prius ar
chiepiscopus cōsulendus erat, & nō immediate sedes apl'ica
Hicha

Hic habes vniuersalem omnium sacerdotum obseruantiam
& ecclesiasticam regulam. Idem probatur expressis verbis Ambrosii,
quibus ostenditur diuina efficacia esse in sacramento poenitentiae
ministrato per sacerdotes, sicut & in sacramento baptismi.
Vnde cap. vii. lib. i. de poenitentia dicit. Cur baptisatis (aduersus
Nouacianos loquitur) si per hominem peccata dimitti non
possunt. In baptismo utique remissio peccatorum omnium est.

Quid interest utrum per poenitentiam an per lauacrum hoc
ius sibi datum sacerdotes vendicent? vnum in utroque mysterium
est. Sed dices quod in lauacro operatur mysterium gratiae.
Quid in poenitentia? Nonne dei nomen operatur? quid
ergo ubi vultis vendicatis vobis dei gratiam, ubi vultis re-
pudiatis?

Hic aperte habes efficaciam sacramenti poenitentiae per sa-
cerdotes ministrati diuinam esse quemadmodum baptismi,
quae humanitus nec dari nec auferri potest.

Quin & ipse Hieronymus, qui iuxta verborum superficiem
primitus id negare apparet bene tamen consideratus pro con-
fessione, & absolutione facit cum dicit Matthaei. xvi. in com-
munitarijs in verbo. Et tibi dabo clauis regni caelorum. Istum
locum episcopi & presbyteri non intelligentes aliquid sibi
de phariseorum assumunt supercilium ut vel damnent innocen-
tes vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud deum non sen-
tentia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur, legimus in le-
uitico de leprosis ubi iubentur ut ostendant se sacerdotibus,
& si lepram habuerint tunc a sacerdote immundi fiant. Non
quo sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed quo habe-
ant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere qui
mundus quique immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum
sacerdos mundum vel immundum facit, sic & hic alligat vel
soluit episcopus, & presbyter non eos qui insontes sunt vel
noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit varia-
tes scit qui ligandus sit quique soluendus.

Hic primum habes quod ad officium sacerdotale pertineat pec-
catorum audire varietates, quod facit pro confessione in spe-
cie & in particulari. Nam varietas peccatorum attenditur pec-
nes ill

nes numerum, speciem, & circūstantias, facit & pro confes-
sione occulti consensus cordis quo suppresso & nō confes-
so nesciet sacerdos an pœnitēs sit soluendus an ligandus. Per
pende. ij. quod dicit q̄ pro officio suo cum peccatorum au-
dierit varietates scit, qui ligandus sit quiue soluendus non di-
cit, scit qui ligatus sit quiue solutus. Sicut prius de sacerdote
veteri loquēs dixit, & possint discernere qui mundus quiue
immundus sit, sed ligandus & soluendus, quia ex cognitio-
ne peccatorum, & dispositione pœnitētis, deprehendit vtrū
ligare aut soluere possit. Si em̄ peccata sint multū grauiā &
enormia nec appareat magnitudo doloris scit q̄ soluere non
possit aut si appareat ex confessione q̄ sit impœnitens in ijs
casibus sacerdos vtetur tantū clauē discretionis & sciētiae aut
si vtetur clauē potestatis ligabit & non soluet. Cum igitur di-
cit Hiero. apud deū nō sentētia sacerdotū, sed reorū vita quæ-
ritur intelligendū est tantū vel principaliter. Vtrūq; em̄ apud
deū quæritur, & vtrūq; deus respicit, cū ex parte pœnitētis
requat cor contritū, & ex parte sacerdotis absolutionē & re-
cōciliationē pœnitētis. Si vero aut pœnitēs innoxius sit aut
noxius, & in peccato perseverās, discretus sacerdos nō absol-
uet, quia nihil est soluendū aut id quod soluendū est a sacer-
dote tolli nō potest. In hūc sensum quadrat exemplū sumptū
ex leuitico vbi leprosus cū labore morbo incurabili nihil co-
operatur ad sui mundationē. Neq; sacerdos eū curare potest
nec leprosum facere si mūdus sit, dicitur tamē etiam sacerdos
vetus mūdū facere vel immundū modo loquēdi scripturæ
quo aliquid fieri dicitur, qñ manifestat aut declarat, vt ibi, do-
minus mūdans neminē faciet innocētē, i. declarabit & demō-
strabit, q̄ nemo sit innocens. Et quia Hiero. loquitur de abusu
procedēte ex supbia sacerdotū vsus videtur hoc exēplo, ali-
as cū vt patet ex dictis supra sacerdos euāgelicus aliquid fa-
ciat magis quadraret exemplū de sacrificio zelotypie nume-
ri. v. vbi sacerdos cōgerēs maledicta in aqua sacrificij putres-
cere faciebat femur mulieris adultere, ibi em̄ sacerdos non so-
lū demōstrabat adulterā sicut alibi læprosum, sed inducebat
ægritudinem sterilitatē vel fecunditatem.

Hic ad

Hic aduerte aliud esse dignum absolutione. Aliud dignū regno cœlorum. Vnus est dignus cui aperiatur regnum, alteri iam ipsum regnum patet. Is enim dignus est absolutione qui habet dispositionem necessario prærequesitam absoluti, oni puta quem poenitet vitæ veteris tali ac tanta poenitentia & fide quæ per se quidem insufficiens sit, sed cum sacramenti sufficiat. Non igitur debet sacerdos absoluere nisi dignos non quidem adhuc regno, sed aperiuntione regni. Hoc em̄ apparet esse proprium officium clauis, quæ non fuit in veteri lege, sed data est ecclesiæ per Christum.

Vnde Chry. super Ioannem homilia, lxxxv. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt ostendens q̄ apostoli plures acceperint spiritum sanctum, & q̄ diuersam potestatem spiritus eis dederit inquit. Non tamē quispiam erraret, si tūc eos potestatem quandam & gratiam spiritalem accepisse diceret, non tamen vt mortuos suscitarent, & virtutem ostenderent, sed vt peccata dimitterent, differentes enim sunt gratiæ spiritus quare addidit, quorum remiseritis & c. ostendens quod genus virtutis largiatur, & infra, magna est dignitas sacerdotum quorum inquit remiseritis remissa sunt peccata, quamobrem Pau. dicebat. Obedite prepositis vestris, & subiacete eis, & infra. Intellige quid de iudæis inquit Christus, super cathedrā moysi sederunt scribæ & pharisæi, omnia quæcunq; dixerint vobis facite, nūc non est dicendum super cathedram moysi, sed super cathedram Christi sederunt sacerdotes. Eius enim acceperunt doctrinam, quare Pau. inquit Pro Christo legatione fungimur tanq̄ Christo exhortante per nos, & infra ostendens, q̄ mala sacerdotum vita non auferat sacramenti efficaciam dicit, Tu autem si tibi consulēs nihil in his quæ illis commissa sunt offendes. Nam si aīnum loqui fecit & per vatem benedictiones spiritales largitus est, & in muto ore & lingua immunda balaam propter offendētes iudæos operatus est, multo magis propter vos fideles etiam si prauī sint sacerdotes, deus omnia per eos perficiet, & mittet spiritum sanctū, Necq; enim pura mens propterea propriam

priam puritatem amittit, sed gratia omnia operatur. Omnia enim inquit propter vos siue Pau, siue Apollos, siue Cephass & infra, sacerdos linguam & manus prebet. Non enim iustum est, propter alterius maliciam ad salutem nostram accedentes offendi.

Hic habes sacerdotibus certum genus potestatis traditū fuisse a Christo, vt possent remittere peccata, & q̄ eam potestatem nō amittit sacerdos cum est malus. Aliter enim datur spiritus sanctus ad inhabitandum & sanctificandum. Aliter ad miracula facienda aut prophetandum. Aliter ad remittenda peccata, & quemadmodum diuinæ virtutis est, mortuos suscitare, leprosos mundare, demonibus imperare, & tamē Christus per spiritum sanctum eam virtutem quibus vult donat. Similiter peccata dimittere diuinæ potestatis est, & tamē ea potestas cōmunicatur sacerdotibus, quid enim mirum, si potestatis fiant consortes, quibus donatum est, vt diuinæ naturæ consortes sint. Hoc significatum est in curatione paralytici Matthæi, ix. vbi phariseis blasphemantibus, Christus respondit. Quid facilius est dicere, remittuntur tibi peccata tua aut dicere, tolle grabatum tuum & ambula? Significat enim supra modum hominis vtramq; virtutem esse, sed tamen diuinitus homini dari posse.

Non obstat q̄ Augu, super Ioannem tracta, cxxi, & alijs quibusdam locis spiritui sancto tribuit remissionem peccatorum, & negare videtur homines posse remittere peccata, inquit enim ecclesie charitas, quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata, dimittit eorum autem qui non sunt eius participes tenet ideo potestacq; dixit. Accipite spiritum sanctum, hoc continuo de peccatorum remissione ac detētionē subiecit. Charitas enim & fides quæ per dilectionem operatur peccatum dimittit, sed vt Aug. dicit ecclesie non ministri. Nam ecclesie clauēs sunt id est multitudinis eorū, quos inhabitat spiritus sanctus per quas peccata dimittit minister baptismi vel pœnitentiæ etiā malus. Quilibet enim sacerdos ratione ordinis veluti procurator vniuersalis ecclesie constitutus est. Jam qui per procuratorē

curatorem facit magis dicitur facere q̄ ipse procurator, hoc est quod dicit Pau. Pro Christo legatione fungimur, & alibi Despondi em̄ vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Christo inquit exhibere non hominibus, & est legatus, non Christi solius, id est capitū, sed etiam christi mystici, hoc est capitū cum corpore, quod est ecclesia. Ideo dicitur peccata dimittere, & Christus & ecclesia cū sacerdos baptizat aut

Contra id quod M. dicit nos non teneri cōfiteri, (absoluit de omissione subventionis aut defensionis fraternæ, & paratione de quocūq; peccato omissionis, licet tam absurde loquatur, vt non sit opus improbare. Sequitur em̄ ex eius dictis, q̄ nullius præcepti affirmatiui transgressio esset confitēda, vt q̄ non credideris, non speraueris, non dilexeris, parentes non honoraueris, necessitatem patientibus non subuenieris, peccantem fratrem non corripueris, aut huiusmodi, tamē etiam contra hoc facit, quod in lege leuitici. v. Alieni peccati testis & conscius, si non indicauerit peccati reus tenetur, & infra. Pro omissione adimpletionis voti, vel iuramenti iubetur agere pœnitentiā pro peccato, & offerat inquit, de gregibus agnū siue capram. Orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & de multis alijs pertinentibus ad ignorantiam, & omissionem certe expiationes & sacrificia lege decernuntur in quorum locum tempore legis euangelice successit pœnitentiæ sacramētum, & pœnitentia est equaliter tã facti q̄ non facti. Videtur em̄ Mar. non aduertisse generaliter malefactū vocari non solum quando fit quod vetatur, sed etiam quando non fit quod præcipitur

Et pro confessione faciēda de cordis consensu, & integraliter de omnibus mortalibus est apertus textus Orige. homilia. iij. super leuiticū. Si peccauerit (inquit) vnum aliquod de istis pronunciet peccatum quod peccauit. Est aliquid in hoc mirabile secretum quod iubet pronunciare peccatum. Etenim omni genere pronuntianda sunt, & in publicum proferenda cuncta quæ egerimus. Si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo, vel etiam intra cogitationum secreta cōmisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri. Pro
ferri au

ferri autem ab illo qui & accusator peccati est & incensor.
Ipse enim nunc nos ut peccemus instigat ipse etiam cum pec-
cauerimus accusat. Si ergo in hac vita praueuiamus eum, &
ipsi nostri accusatores simus nequitiam diaboli inimici nostri
& accusatoris effugimus. Sic enim & alibi propheta dicit.
Dic tu (inquit) iniquitates tuas prior ut iustificeris. Nonne e-
uidenter mysterium, de quo tractamus ostendit cum dicit,
dic tu prior? ut ostendat tibi, quia praueuire illum debeas,
qui paratus est ad accusandum. Tu ergo (inquit) dic prior ne
te ille praueuiat, quia si prior dixeris, & sacrificium poenite-
ntiae obtuleris secundum ea quae in superioribus diximus of-
ferenda, & tradideris carnem tuam in interitum, ut spiritus
saluus fiat in die domini, dicetur & tibi, quia percepisti &
tu in vita tua mala nunc vero hic requiesce. Sed & dauid eo-
dem spiritu loquitur in psalmis. Iniquitatem meam notam fe-
ci peccatum meum non cooperui, dixi pronuntiabo aduer-
sum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem cordis
mei. Vide ergo, quia pronuntiare peccatum remissionem
peccati meretur. Praeuentus enim diabolus in accusatione ul-
tra nos accusare non poterit, & si ipsi nostri sumus accusato-
res proficit nobis ad salutem. Si vero expectemus, ut a dia-
bolo accusemur, accusatio illa cedit nobis ad poenam. Habe-
bit enim socios in geenna quos conuicerit criminum socios.

Eundem sensum explicat Ambrosius lib. ij. de poeniten-
tia capitulo septimo. Quid vereris (inquit) apud bonum do-
minum tuas iniquitates fateri, dic (inquit) iniquitates tuas, ut
iustificeris adhuc reo culpae iustificationis praemia propo-
nuntur. Ille enim iustificatur, qui proprium crimen sponte
agnouerit. Denique iustus in exordio sermonis accusator est
sui. Nouit omnia dominus, sed expectat vocem tuam, non
ut puniat, sed ut ignoscat. Non vult ut insultet tibi diabolus
& celantem peccata tua arguat. Praueui accusatorem tu-
um, si te ipse accusaueris accusatorum nullum timebis, si te de-
tuleris ipse, & si mortuus fueris reuiuifces. Et ne id intellige-
re velis de poenitentia cordis & confessione, quae fit coram deo
solum

solum inducit Ambro. mysticū sensum in resuscitatione Lazari, quem causa breuitatis omitto. Et eandem historiam trahit Augu. mystice ad sacramentum confessionis & absolutionis super Ioānem tracta. xlix. & Greg. xxij. moralium. Nō facturi nisi ita sensissent esse faciēdum. Licet enim ex allegoria vel figura, vt sensu mystico non sumatur efficax argumentum, tamen non solent veteres theologī historiam ad mores trahere nisi illud idem aut in vsu sit, aut alibi ex sacris dogmatibus habeatur. vnde Aug. in lib. de doc. Christiana. Nihil fere ex illis obscuritatibus eruitur qđ nō alibi expresse habeatur.

Item Orige. homilia viij. super leuiticū tractans de legibus lepre inquit. Lex quæ spiritalis est, alia quædam decernit vestimenta (inquit) eius dissuta sūt, & caput eius reuelatum, & os eius adopertū. Per quæ designat eum qui in anima leprosus est id est qui peccatis confixus est, non oportere sibi alluere tegumenta, & turpitudines operire peccati. Sicut enim is cuius vestimenta dissuta sunt nudam atq; intactā gerit turpitudinem corporis, ita oportet eum qui peccatis aliquibus obseptus est mala sua, & flagitia nullis verborum allumentis nullis excusationū velaminibus operire vt ne fiat sepulchrum dealbatū, quod de foris quidem apparet hominibus, speciosum intus autem plenum est ossibus mortuorum, & omni immundicia. Vult ergo lex diuina peccatorem non solum vestimenta non alluere, sed & caput non contegere, vt si quod est capitū delictum, id est si in deum aliquid commissum est, si in fide peccatum est, ne hæc quidam habeatur obrecta, sed omnibus publicetur vt interuentu & correptione omnium emendetur, & veniam mereatur, hæc ille.

Hic habes occultum peccatum in fide esse confitendum, & reuelandum. Et cum loquatur de publica cōfessione multo fortiori ratione sequitur occultum cordis peccatum secreta confessione esse reuelandum.

Item ex cap. xvi. primi de pœnitentia Ambrosij colligitur pœnitentiam agendam esse etiam pro occultis peccatis, & qđ ea peracta communio redditur, quod sine cōfessione, & absolutione non fit. Dicit enim. Si quis igitur occulta crimina ha-

na habens propter Christum, tamen studiose poenitentiam egerit, quomodo istic recipit si ei comunio non refunditur: Volo veniam reus speret petat eam lachrimis petat gemitibus petat populi totius fletibus vt ignoscatur obsecret. Et cum, ij. &. iij. fuerit dilata eius comunio credat remissius se supplicasse, fletus augeatur, miserabilior postea reuertatur, teneat pedes brachijs, osculetur osculis, lauet fletibus, nec dimittat vt de ipso dicat Iesus. Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cognoui quosdam in poenitentia succasse vultu lachrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandu omnibus teiuo ore semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore pretulisse, quid spectamus vt mortui mereantur veniam, qui mortem sibi intulerunt dum viuerent, haec ille.

Hec allego ex veteribus tractatoribus, & sanctis patribus vt intelligatis qualis confessio etiam in occultis peccatis fiebat in primitiua ecclesia, & non sit durum quod confiteri iubemur vni sacerdoti in secreto. Imo agamus ex corde gratias clementi matri ecclesiae quae in tantum nostre infirmitati condescendit, ac de rigore sui iuris remisit, vt non exigat a nobis occultorum publicam reuelationem, quae etiam modo vere poenitentem non suspendit, nec protrahit reconciliationem, id quod fere semper fiebat in primitiuis temporibus.

Item quod particulatim & per singula debeat fieri mentis discussio, & singulorum peccatorum examinatio habetur ex Christo, super Matthaeum homilia, xliij. vbi dicit, Terribile namque illud iudicium est ineuitabilis poena intolerabilia tormenta, sed si vis (quod ego consulo) ne hic quoque aliqua poena cruciari, tu ipse tibi iustus sis iudex, referas tibi ipsi rationes viuendi, audi Paulum dicentem, quoniam si nos ipsos iudicauerimus non vtiq; iudicemur. Si id facies ordine paulatim progrediens ad coronam quoque peruenies. Et quo nam modo mihi ipsi rationes viuendi referam? Largos lachrymarum effunde fluuios, ingentes conpunctionis gemitus redde, humilissimus sis, laboribus ac vigilijs te ipsum afflige, peccata tua per singulas species recole. Non paruus est hic cruciatus animae
nec q;

nec t̄tus sit ab alio cognoscitur nisi ab eo qui compunctus
est, qui non ignorat hac re animam in hac vita maxime tor-
queri, nec est nescius t̄tus dolor ex memoria peccatorū nas-
catur, quas ob res iustitiam deus huic p̄nitentiæ proposuit
dicens, dic tu prius peccata tua vt iustificeris. Non est profe-
cto, non est insufficiens ad emendandum via, si cum omnia
secundum speciem in vnum peccata collegeris assidue, aio
deinde ipse verfas, ac de ipsis continuo mediteris & cogites,
Nam qui hoc faciet his adeo cōpungetur, vt neq; hac vita se
ipsum dignum existimet, quod qui de seipso iudicabit omni-
cera tenerior humilius viuet indies nec fornicationes solum
& adulteria atq; si illa quæ omnes perhorrescunt collegeris
verum etiam occulta insidiarum cōsilia, calumnias & obtre-
ctationes arcanas. Inanem gloriam, inuidiam, cæteraq; huius-
modi diligētius euitabit, & infra. Noli ergo tanq; parua hec
negligere sed collige ac in mente perinde ac si in lib. cōscribe-
res. Cum enim non conscripseris, deus & diligentius scripsit
& postulabit, quare multo melius est a nobis ista conscribi,
vt a deo deleantur q̄ horum nobis omnium oblitis præ ocu-
lis nostris in die iudicij hæc a deo præponi, quod ne ita fiat,
exquisite omnia recolamus, & inueniemus multis nos esse
obnoxios. Quis enim ab auaritiæ crimine mundus? Noli e-
nim mihi dicere moderate aliena atq; timide tetigisse, sed co-
gita propter hanc rem paruam quam rapuisti non paruo te
cruciatu in æternum esse puniendum. Id inquam cogita, &
p̄nitentiã age. Quis a conuitio atq; obtrectatione liber est?
Id autem proculdubio in geennam intrudit. Quis occulte
proximum calumniatus non est? Hic etiam cæteris omni-
bus immundior est. Quis oculos a lasciuo conspectu conti-
nuit? Quem adulterio deliquisse non dubitamus. Quis fru-
stra fratri suo iratus non concilio atq; reatui reus est? Quis
non iurauit? Qui a malo esse cognoscitur? Quis non peri-
rauit? de quo qd possum dicere, videtis cū qui iurauit eū a
malo esse contendam. Quis aliquando mammonæ seruus nō
fuit? Qui profecto fecit ne Christi seruus sit. Et cum videan-
tur plura maioraq; mihi restant, sed hæc sufficientia duxi ad
cōpuncti

compunctionem nos inducere nisi quis valde lapideus atq[ue]
insensatus est. Nam si singula istorum ad geennam deducunt
quid futurum est, si ad vnum omnia coeunt? Quomodo igitur
inquies saluari possibile est? Si opposita his adhibeamus
media, Misericordiam in pauperes orationem, compunctio-
nem, poenitentiam, humilitatem, contritum cor, apprime con-
temptum rerum presentium.

Hic habes q[uod] recolere peccata per singulas species, & illa
colligere perspicere & velut in lib. conscribere magnam af-
ferat anime vtilitatem contra id quod Marti. dicit, dum con-
scientiae discussionem appellans carnificinam dissuadet vt in-
utilem vel impossibilem.

Est etiam notandum q[uod] dispositio anime ipsius poeniten-
tis, debet esse nota sacerdoti, quia ipse sacerdos, iudex est &
medicus, Medicus inquam non corporis, sed cordis, vt inquit
Greg. in pastorali parte prima ca. i. vbi notans temeritate im-
pitorum sumentium magisterium pastorale inquit, Ars ar-
tium est regimen animarum, quis autem cogitationum vul-
nera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum, & tamen
saepe qui nequaquam spiritalia precepta cognouerunt, cordis se
medicos profiteri non metuant, dum qui pigmetorum vim
nesciunt videri medici carnis erubescunt. Et parte. ij. capit. v.
Tales autem se qui praesunt exhibeant quibus subiecti oc-
cultis quoque sua proderet non erubescant, vt cum tentationum
fluctus paruuli tolerant ad pastorem mentem quasi ad ma-
tris sinum recurrant, & hoc quod se inquinari pulsantis cul-
pae sordibus praevident exhortationis eius solatio ac lachry-
mis orationis lauent. Et postquam mystice exposuit q[uod] ma-
re eneum duodecim boues in ingressu templi portant. Per
boues duodecim vniuersum pastorem ordinem intelligens
subdit qui tamen cum condescensionis fide patientiam dilu-
endis proximorum confessionibus, praeparant velut ante fo-
res templi luterem portant, vt quisquis intrare aeternitatis ia-
nuam nititur tentationes suas menti pastorem indicet & qua-
si in bouum lutere cogitationis vel operis manus lauet.

Hic ha

Hic habes non solum q̄ sacerdos sit medicus cordis, sed etiam q̄ cogitatio cordis ei per confessionem manifestanda est a volentibus intrare regnum cœlorum. Nec solus Greg. sed etiam vetustiores Aug. Ambro. Chryso. Orige. Cypri. sacerdotem medicum vocant. Vnde sumitur argumentũ q̄ sicut in corporali medico cura non bene procedit, nisi patientis circũstantie vt ætas, victus, cõplexio, & quoad fieri potest omnimoda corporis dispositio, sit nota, ita similiter in cura animæ oportet pœnitentem statum animæ suæ manifestare sacerdoti. Et quemadmodum ægotantes medici alios medicos aduocant sibi ipsi diffisi, ita in spiritali medela conuenit etiam doctis & intelligentibus & qui alijs recte consulerent nouerunt, vt morbos animæ suæ alijs manifestent. Item sacerdos qui secundum Chryso. iudex est, & arbiter ex officio cognoscere debet statum cause si recte sit iudicaturus. Ex q̄ sumitur q̄ pœnitens qui est reus & accusator & testis debet dicere veritatem quam nouit de statu conscientie sue, quãdo se submittit iudicio sacerdotis vt sit secundum Chryso. in corde cõtritio in ore confessio, in opere tota humilitas.

Ex dictis patet confessionem oris sacerdoti faciendam esse, non ex nouis & recentibus pontificum constitutionibus cum Magister sententiarum lib. iij. di. xvij. dicat indubitanter confessionem oris fieri debere sacerdoti, & Hugo de sancto victore lib. ij. de sacramentis concludat confessionem oris sacerdoti necessario faciendam, & contemporaneus eius diuus Bernar. pluribus locis idem asserit, & venerabilis Beda super illud iacobi. Confitemini alterutrum peccata vestra dicit maioris lepre immundiciam sacerdoti esse pandendam Item magnus Greg. diuus Leo, neq̄ alicuius humane cõstitutionis meminerunt nõ plus q̄ antecessores eorũ, sed ex apostolicis & euangelicis lris & fundatissima ecclesie auctoritate loquuntur. Sed dices, si confessio oris faciẽda non sit nouiter instituta cur tã rarus de ea sermo est apud veteres: cũ apud recentiores creberrimus sit. Primum iam monstratum est multis testimonijs non raro eius mentionem fieri apud veteres. Deinde etiam si admodũ rarus de ea sermo habetur apud

tur apud illos. Dicendum est, non propterea sequi eam noui-
ter esse inuentam aut institutam. Multa enim fuerunt in usu
apud veteres, de quibus quia in quaestionem non vocaban-
tur raro fit mentio sicut non facile apud veteres reperies de
potestate quam habent episcopi ad dispensandum in votis
aut iuramentis, quam tamen eis iure diuino competere nemo
sanus negat. Sed fortasse primis temporibus rarior illius po-
testatis usus fuit aut res in dubium non vocabatur. Ita potuit
esse de confessione sacramentali, & potestate absoluendi a
peccatis. Pro quo facit, quod tunc fere adulti, imo grandaeui
erant qui baptisabantur, baptisati sanctius vivebant. Nam &
Augu. parentes baptisare metuebant in adolescentia timore
lapsus, quod viderent eius ardens & vehemens ingenium.
Vnde cum Hiero. ex proposito librum scribat de institutio-
ne clerici vel sacerdotis, nihil in eo meminit de ritu sacrifican-
di, aut sacramenta ministrandi, aut peccata soluendi, ex quo
tamen non recte colligitur huiusmodi nondum instituta fu-
isse, & diuus Chryso. cum accurate sex lib. explicet sacerdo-
tis & episcopi officium, nihil meminit de modo recipiendi
apostas ad poenitentiam, de dispensandis votis, aut iurame-
tis, de condendis canonibus, de modo sacrificandi, de tempo-
re communicandi aut modo excommunicandi ex quo non re-
cte inferitur huiusmodi nondum fuisse instituta vel recepta.

Sed dices in historia tripertita lib. ix. ca. xxxv. narratur tem-
pus quo confessio fuerit instituta, videlicet quando Nouati-
ani ab ecclesia sunt diuisi, & quando eadem fuerit sublata, er-
go confessio est humane institutionis, & potestatis humane
est eam constituere vel auferre. Dicendum imprimis quod So-
zomeni qui vnus est ex tribus auctoribus historiae triperti-
tae historiae sedes apostolica non recepit, quoniam multa men-
tatur, ut testatur Greg. lib. vi. registri epistola. xxxi. Vel dic quod
historia loquitur de confessione publica. Ait enim cap. alle-
gato. Quoniam omnino non peccare diuinum, & ultra hu-
manam naturam esse cognoscitur. Peccatis autem & poe-
nitentibus veniam dari deus precepit, qui vero confiteri re-
fugiant magis peccatorum onus acquirunt, propterea visum
est anti-

est antiquis pontificibus, vt velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandatur, & ad hanc causam presbyterum bone conuersationis seruantem secretum ac sapientem virum statuerunt ad quem accedentes ij qui delinquebant delicta propria fatebantur, at ille secundū vniuscuiusq; culpam indicebat & multam.

Vides hic expresse sermonem fieri de publica cōfessione in conspectu totius populi in quo non res ipsa instituta est cum prius esset, sed modus quidam qui sacramento accidit, & pro tempore & loco variari potest. Temporibus em̄ Cypri, fuit nouatus, & tamen Cypri, asserit confessionem lapsis necessariam non tanq̄ nouiter institutam. Dicuntur etiam in chronicis & historijs quædam institui ab ecclesia vel pontificibus quādo seruanda esse declarantur, non solum quando lex nouiter obligans statuitur. Vnde in chronicis pontificū legitur victor primus statuisse q̄ in omni aqua naturali baptismus conferri potest. Alius dicitur statuisse q̄ natus de muliere christiana debeat baptisari, & similia etiam inueniuntur in chronicis instituta circa venerabile sacramentum eucharistiæ, quæ mediocriter eruditus theologus scit non esse humanæ potestatis statuere aut destituere. Sed statui dicuntur cū seruanda esse declarantur in quo pontifices magis sunt preces leges dei q̄ auctores suæ, & quod in præfata historia dicitur. Nectarius episcopus constantinopoli hanc ordinationem sustulisse. Primum cessit tumultui populari, sicut Ioannes papa & martyr a Iustino imperatore precibus obtinuit ecclesias reddi Arianis propter vim Theodorici regis gottorū & magnus Gregor, permisit baptisatos a presbyteris in fronte signari propter turbationē, sicut prudētes pontifices quædā mala permittūt ad maiora vitāda. Deinde constat aliquot cōstantinopolitanos episcopos, quædā ausos temere & per ambitionē cōtra ecclesiasticā regulā, vt ex epistolis Leonis, & Greg. pontificū habetur. Præterea fieri potest, q̄ q̄stū ad modū quendā qui humani iuris fuit prudēter sit ordinatiōe moderatus sicut Leo papa cōsuetudinē sustulit quali bello dato pœnitētes cogebātur occulta peccata publice fatentur

teri, Nihil em̄ derogat efficacie sacramēti publice an secrete
fiat cōfessio & absolutio propter quod varia apud varios cō
suetudo esse potuit, sicut etiā circa modū recipiēdi venerabi
le sacramētū eucharistiæ, quæ in primitiua ecclesia dabatur
etiā paruulis nondū ratione vtentibus, vt ex Dionysio &
Cy. cognoscitur dabatur laicis sub vtraq; specie cōmunio, vñ
credibile est illius tēporis patres motos fuisse verbis euāge
lij. Nisi manducaueritis carnē filij hois & biberitis eius san
guinē nō habebitis vitā in vobis vt omnibus baptisatis darēt
statim a baptismo. Item vt darēt omnibus sub vtraq; specie q
celebratiōi intererāt exclusis infidelibus apostatis, energumi
nis catechuminis & penitētib⁹, sequēti x̄o etate, q̄a sacramē
ta euāgelij & ad salutē necessaria omni loco & tpi debēt cō
uenire, attētis periculis & difficultatibus, & q̄ illud euāge
lij conueniēter accipitur spiritualiter, vidit patrū prudētia sa
tis esse populo, si sacramētū sumat sub specie panis maxime
cum vera ratio cōuincat etiā eo modo corpus & sanguinē
Christi sumi, & seruata est sumptio sub vtraq; specie solis sa
cerdotibus in quo nō est dicendū, q̄ patres aliquid euāgelij
aut mutauerint aut prætermiserint, sed q̄ aliquid viderūt spi
ritus sancto ecclesiā suā regente quod predecessores latuit cui
declarationi ecclesiæ quidam pertinaci animositate resisten
tes schismatici facti sunt.

Pari modo dicēdū videtur circa poenitētiæ sacramētū qd
baptisatis quidā prodesse posse negauerūt quæ hæreses sub
Cornelio pōtifice a Nouato nata est, vñ dicti sunt Nouatia
ni hac em̄ heresi surgēte habit⁹ est recursus. Primū ad sacras
lras. Deinde ad aploꝝ acta & cōstituta, & cepta est res dili
gētius excuti frequēti epōꝝ cōuentu donec ipsa hæresis cū
suis auctorib⁹ dānaretur. Attēderūt tūc patres ad potestātē
sacerdotibus datā in p̄sona petri cui Matth. xvi. cōmissæ sunt
clauēs regni coeloz. Itē qd apostolis pro se & suis successori
b⁹ dictū est Ioā. xx. Quoz remiseritis peccata remittūtur eis
& q̄rū retinueritis retēta sūt & Iaco. vi. Cōfitemini alterutrū
peccata v̄ra & orate p̄ inuicē vt saluemini. Ex qbus & alijs
vriusq; testamēti locis bñ examiat⁹ & diligētē pōderatis
sūptū videt

videtur quod scribit Leo papa. Multiplex misericordia delapsibus subuenit humanis & c. epistola. lx. Visis etiam apostolorum actis & scriptis constat eos hortatos fuisse baptizatos, ut poenitentiam agerent ut Pe. simonem magum, & Pau. Corinthios & galatas quos poenitentia perfecta ad reconciliationem receperunt & communioni restituerunt. Pertinaces vero a sacramentis separauerunt. Ista enim consuetudo a Christi & apostolorum doctrina descendens ab initio fuit in ecclesia, ut patet ex dionysio in lib. ecclesiastice Hierarchie & ex eodem epistola. viij. vbi poenitentium ordinem excludit a communionem. Et licet tunc in illum ordinem nemo redigeretur nisi publicus aut sponte confessus, tamen etiam primis temporibus apparet poenitentiam in ecclesia habitam esse necessariam de quibuslibet mortalibus delictis quatumvis secretis neque illis non confessis solitos etiam in mortis articulo ad reconciliationem admitti. Id ita habere videtur satis colligi ex epistolis Cy. qui semper reconciliacioni, & paci dande morientibus praemittit exomologesim, id est confessionem faciendam presbytero aut diacono. Et in lib. de lapsis vsupra dictum est loquitur de ijs qui solum cordis cogitatum metu diuini iudicij sacerdotibus confitentur, & poenitentiae salutaris remedium suscipiunt. Poenitentiae itaque sacramentum purgat mortale, quod idem est quod criminale, & eius prima pars, scilicet contritio inchoatur ex timore poenarum, aut amore commodi, & tandem amore iustitiae vel virtutis perficitur & completur. Secunda vero pars puta confessio facienda est sacerdoti de omni crimine siue cordis, siue oris, siue operis, ex diuina ordinatione, non tantum humanis constitutionibus. Nec mouere debet glossa quae dicit dist. v. de poenitentia capitu. i. quod ex quadam vniuersali ecclesiae constitutione potiusque ex noui vel veteris testamenti auctoritate instituta sit. Cum ex dictis appareat falsum esse quod addit eam constitutionem non emanasse apud graecos nisi intelligat de constitutione cap. Omnis vtriusque sexus cuius tempore graeci erant schismatici non obediētes ecclesiae romanae. Nam temporibus Leonis primi graeci nondum erant ab ecclesia diuisi &

si & per multa tempora sequētia, quod vero dicit illud Iaco-
bi, Confitemini alterutrum peccata vestra fuisse consilij fru-
stra dicit, & contra sententias sanctorum prius allegatas. Nā
& panormitanus in capitu, omnis vtriusq; sexus dicens sibi
placere eam opinionem, quæ dicit confessionem inductam
iure humano, & non diuino nihil aliud probationis adducit
nisi q; nusq; habeatur expresse præceptum in nouo vel ve-
teri testamento, quod salua sua reuerentia non est verum, cū
habeatur in epistola Iacobi expresse. Item satis esset q; habe-
retur implicitæ, iuxta cap. cum Marthæ de celebratione mis-
sarum, & si argumentum valeret, æqualiter probaret confes-
sionem non esse iuris humani cum nusquam expresse habe-
atur in iure humano ante ca. omnis vtriusq; sexus nisi ex sen-
tentijs patrum per Gratianum allegatis in tracta. de pœniten-
tia quæ vt dictum est in humanis constitutionibus non fun-
dantur.

CIRCA SATISFACTIONEM dicit M.

q; nullam pœnam exigit deus remissa culpa, quam sacerdos
possit tollere vel minuere, quia talis pœna secundum diuinā
iustitiam debita nulla est, aut si aliqua sit, non potest ab homi-
ne tolli, quia (vt inquit) hoc esset mutare ius diuinum, hanc
ponit Mar. in declaratione conclusionis. v. in qua dicit Papa
non vult nec potest remittere vllas pœnas præter eas quas
suo vel canonū arbitrio imposuit, quam licet dicat se disputa-
re, tamen in declaratione ita loquitur, vt nihil dubitare vide-
atur, & in sermone de indulgentijs & alijs locis.

Contra hanc M. sententiam facit, quia secundum eam se-
quitur, q; nullus in purgatorio sit pro mortalibus puniendus
si nulla pœna debeat dimissa culpa cuius contrarium dicit
Cypri. lib. iij. epistolarum, epistola. ij. vbi de adulteris ad pœ-
nitentiam receptis loquitur dicens. Nec putes frater chariss.
hinc aut virtutē fratrum minui, aut martyria deficere, q; lap-
sis laxata sit pœnitentia, & q; pœnitentibus spes pacis obla-
ta, manet vero fidentium robur immobile, & apud timentes
ac dili-

ac diligentes corde toto deum stabilis & fortis perseverat in
tegritas. Nam & mechis a nobis poenitentiae tempus conce
ditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in ecclesia
deficit, aut continentie propositum gloriosum per aliena pec
cata languescit. Floret ecclesia tot virtutibus coronata, & ca
stitas, ac pudicitia, tenorem gloriae suae seruat, nec quia adul
terio poenitentia ac venia laxatur continentiae vigor frangi
tur. Aliud est ad veniam stare. Aliud ad gloriam peruenire,
Aliud missum in carcere non exire inde donec soluat novis
simum quadrantem. Aliud statim fidei & virtutis accipere
mercedem. Aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emē
dari & purgari diu igne. Aliud peccata omnia passione pur
gare. Aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam domi
ni. Aliud statim a domino coronari.

Hic habes quod poenitentes adulteri aut qui sacrificauerunt i
dolis quibus ad poenitentiam recepti, & post poenitentiam eccle
siae reconciliati diu igne torquentur in purgatorio quod non
contingeret, si remissa culpa nullam poenam dei iustitia requeret.

Item Aug. in enchiridio cap. lxxix. Tale aliquid etiam post
hanc vitam fieri incredibile non est & utrum ita sit quari po
test & aut inuenire aut latere non nullos fideles per ignem
quendam purgatorium quanto magis minusve bona pere
untia dilexerunt tanto tardius citiusque saluari non tamen tales
de quibus dictum est, quod regnum dei non possidebunt, nisi
conuenienter poenitentibus eadem crimina remittantur. Con
uenienter autem dixi, ut steriles in elemosynis non sint &c.

Hic nota quod quantum ad punitionem ignis purgatorii Au
gusti equiparat ventalia non dimissa mortalibus per conue
nientem poenitentiam remissis cum dicit. Non tamen tales
de quibus dictum est &c. nisi conuenienter poenitentibus
eadem crimina remittantur. Unde ea sequenti. In melius quip
pe est vita mutanda, & per elemosynas de peccatis preteri
tis est propitiandus deus.

Hic habes quod post vitam in melius mutata, quod vitique
fit per contritionem, per poenitentiam, restat de preteritis pec
catis propitiandus deus per elemosynas, & infra. Nemini
enim

enim dedit laxamentum peccandi quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. & capit. sequenti. De cotidianis autem breuibus leuibusq; peccatis, sine quibus haec vita non ducitur cotidiana oratio fidelium satisfact, eorum est enim dicere, Pater noster qui es in caelis, qui iam patri tali regnati sunt ex aqua & spiritu scō, delet omnino haec oratio minima & cotidiana peccata, delet & illa a quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed poenitendo in melius mutata discedit, & cap. sequenti. Ac per hoc ad omnia quae utili misericordia fiunt, valet quod dominus ait Date eleemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis, quae enumeratis multis eleemosynarū generibus concludit. Multa utiq; sunt genera eleemosynarum, quae cum facimus adiuuamur, vt dimittantur nobis peccata nostra.

Hic nota primo q̄ Augustinus dicit minima & cotidiana peccata dominica oratione dimitti. Scelera vero per poenitentiam, hoc est poenitentiae sacramentū vita mutata etiā eadem oratione dimitti. Vnde confirmantur supradicta de scelere cordis & crimine consensus cōfitendo, & per sacramentum poenitentiae delendo.

Habes etiam expresse q̄ pro sceleribus couenienti poenitentia dimissis puniuntur in purgatorio.

Item habes q̄ vita per misericordiam in melius mutata de praeteritis sit deus eleemosynis propiciandus. Et q̄ oratio dominica delet, & illa a quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed poenitendo in melius mutata discedit. Vnde euidenter patet q̄ clarissimus pater Aug. in ea fuerit sententia, q̄ dimisso peccato per poenitentiam restet poena soluenda per diuinā iustitiā & redimenda ieiunijs orationibus, & nunc operibus. Non est igitur recentiorū theologorum aut scholasticorum, haec sententia quam quia M. negauit nec ausus fuit in totum auferre purgatorium. confinxit ibi augeri charitatem, & perfici, & alia multa absurda, vt iam secundum eum non recepturus sit a CHRISTO in die iudicij bonum vel malum, prout gessit in corpore, sed etiam prout gessit exutus corpore, non solum contemnens quod di

quod dicit Greg. iij. dialogorum. Qualis quisque hinc exit talis in iudicio presentabitur & Aug. dicentem. Hic omne meritum comparari, & defunctos fidelium viuorum pijs operibus iuuari non suis, vt sit plena remissio vel tolerabilior damnatio. Sed quod grauius est etiam apostolum Paulum monentem. Operemur bonum ad omnes dum tempus habemus; Imo & ipsum Christum dicentem. Venit nox quando nemo potest operari.

Videtur etiam quod in peccatis venialibus culpa remittatur antequam poena soluatur aut remittatur. Nam rectus dolor de peccato in habentibus charitatem contritio est. Contritio vero culpe cuius expresse aut virtualiter dolor est non videtur esse compossibilis, quod de mortalibus nemo negat, & de venialibus videtur esse eadem ratio. Ideo enim est contritio culpe incompossibilis, quia inordinationem, indecentiam, & indignitatem aufert, & creaturae voluntatem reordinat, honestat, & dignificat. Et per contritionem anima legi subicitur, & cum deo consentit volendo in se punire peccatum, & vindicare diuinam offensam sicque reatus, id est obligatio ad poenam sustinendam ieiunijs eleemosynis & orationibus tollitur & redimitur, & sic a peccato perfecte mundatur sicut scriptum est. Eleemosyna a morte liberat, & non finit ire in tenebras, & alibi. Peccata tua eleemosynis redime. Item alibi Hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione & ieiunijs. Et illud quod super est, date eleemosinam & ecce omnia munda sunt vobis, & illud. Pietas ad omnia valet promissionem habens vitae quae nunc est & futurae.

Vtrum autem poena vel afflictio praecedens aut comitans valeat ad peccati redemptionem, vt culpa postea deleta computetur in solutum aut deducatur ex summa debiti rationabiliter quari potest de quo pro nunc nihil dico.

Venio ad argumenta M. Primo diuidit poenam in poenam geennae, quae est damnatorum & poenam purgatorii, & iij. in poenam voluntariam & euangelicam, iij. in poenam castigatorem quae est flagellatio dei, v. in poenam canonicam, vi. in poenam secundum diuinam iustitiam debitam, quam dicit se velle fingere

fingerē anteq̄ melius erudiatur. Et ne faciamus vim in ver-
bo, quia pœna propriè non est, nisi peccati secundum Aug.
in lib. de libero ar. dicentem. Omnis pœna si iusta est peccati
pœna est, quo modo tertiã species, scilicet voluntaria & euā-
gelica non est pœna, quia conuenit etiam innocentibus. M.
accipit pœnam pro afflictiuo, doloroso, arduo, & difficili, lesi-
uo, vel damnofo. Nam ieiuniũ, oratio, vel eleemosyna stan-
do precise in limitibus euangelice legis, & secundum eam
partem quæ cõmunis est innocentibus, & pœnitentibus nõ
est in præcepto vel consilio, nisi inquantũ est actus virtutis
necessarie vel expedientis ad salutem puta tẽperantie, latrie,
aut liberalitatis. Habet tamen & ipsa euangelica lex vnã par-
tem propriam, quæ respicit peculiaritèr statum lapsorum in
aliquo crimen post innocentia baptismi, ex qua sumuntur
regulæ status pœnitentiũ, vbi etiam instrumentum sunt ie-
iunium, oratio, eleemosyna lege euãgelica, excepta determi-
natione specificata quo ad modum tempus & personam ex
canonibus & regulis patrum.

Dico igitur q̄ prima species penę eo modo est in potesta-
te sacerdotis quo peccata, iam supra ostensum est sacerdotẽ
auferre peccata per sacramentũ baptismi, vel pœnitentię. Vn-
de consequenter apparet eum etiam auferre pœnã geenna-
lem. Item aufert, ij. pœnam in toto vel in parte, quãdo absol-
uit a venialibus, aut quando absoluit sacramentaliter eũ cui
prius per contritionem omnia peccata remissa sunt, quo ad
culpam & pœnam æternam. Liberat etiam ab illa pœna dũ
pœnitenti indicit ex officio opera satisfactoria, quibus exple-
tis liberatus est, si sacerdos recte cõpensauerit. Quartã pœnã
scilicet castigatoriã puta pestem, bellum, aut famẽ, non tol-
lit sacerdos nisi oratione & sacrificio, tamen etiam ipse sacer-
dos ex officio imponit, & aufert castigatoriã pœnam &
medicinalem cum tollat & imponat pœnam excõmunicati-
onis, quæ licet sit omnium maxima tamẽ medicinalis est, &
castigatoriã. Quinta vero, id est pœna canonica auferri po-
test per auctorem canonũ & etiam inferri, & quilibet inferi-
or sacerdos, idem potest plus vel minus secundũ q̄ est sibi a
t i lege

lege vel auctore legis permissum. Sextā poenam facit M. eā
q̄ debetur pctō remisso, & exigitur secundū diuinā iustitiā,
quæ non debuit prædictis cōnumerari, quia non est alia ab
illis. Deus enī a recepto in gratiam nō requirit, nisi vt in hac
vita seipm̄ conueniēter puniat, faciendo fructus dignos pœ
nitentiæ, aut post hanc vitam, quod minus hic fecerit, patia
tur in purgatorio, aut si quid aliud exigit, erit poena quā M.
vocat castigatoriā, quia non semper diuinitus inducta fla
gella propter peccatū, statim auferuntur peccatore cōuerso.

Et cōcordant deus & sacerdos legitime vtens sua cōmissi
one, & potestate in exigendo poenam, secundū diuinā iusti
tiam debitā. Nec inuadit sacerdos ius domini sui, sed vtitur
sua cōmissione, vt Amb. inquit lib. i. de pœnitētia ca. vt. dicēs
Ipse vas electionis dominicę dicit. Si cui quid donastis & e
go Nā & ego qd' donauī propter vos in persona Christi. Cur
igitur Pau. legunt: si eum tam impie arbitrātur errasse, vt ius
sibi vēdicaret domini sui, sed vendicauit acceptū, non vsur
pauit indebitum. Hæc ille.

Hic aperte vides, q̄ cū sacerdos donat & remittit deo de
bitum cōcessa vtitur potestate, nec mutat ius diuinum

Ex dictis soluuntur sequētia eius argumenta, quia falsum
est, quod assumit nulla auctoritate scripturæ, doctorū, cano
num, aut ratione probabili, posse doceri aliquā poenā esse de
bitam secundū diuinā iustitiā, vt patet ex allegatis. Falsum
est etiam q̄ talis poena per sacerdotē auferri non possit. Et ta
lis modus arguendi negatiue proprius esse videtur heretico
rum, qui quod non viderūt, aut non meminerūt, aut non in
telligūt, volunt videri nusq̄ esse. Eiusdem ponderis est argu
mentū, quod sumit ex equalitate duarum potestatū ligandi,
scilicet & soluendi, quia enī putat, q̄ ligare pœnitētem nihil
sit aliud q̄ præcipere opera satisfactoria, putat consequenter
q̄ soluere sit obligationē præcepti tollere, quod falsum est,
vt patet ex supra dictis, & amplius patebit infra cum agatur
de indulgentiis. Per hoc soluitur argumentū sumptum ex ca
pitu. Q̄ autem de pe. & re, vbi dicitur q̄ remissiones nō va
lent, ni

lent, nisi quibus proprii iudices permiserint, cum nullus ligari aut solui possit a non suo iudice, quod Marti, suo modo intelligit in. v. pœna tantum, id est canonica in qua sola vult papam posse ligare & soluere, quod si verum esset non valde magni momenti esset potestas clauum, nec attingeret ligamen, quo ligat sacerdos vsq; ad animam sicut dicit Chryso-
stosto. Nec in potestate per nouam legem sacerdotibus tradi-
ta esset factum possibile, quod prius erat impossibile, puta
q; homo remitteret peccata, sicut dicit Am. Nec plus posset
sacerdos euangelicus ligare vel soluere, q̄ quiuis legislator,
qui potest lege & precepto modum satisfactionis impone-
re offendentibus, & impositum tollere, contra id quod di-
cit Chrysostomus.

Et ad probandum per scripturas non requiri aliquam sa-
tisfactionem pro peccatis, inducit textum euangelij, vbi Io-
annes dixit, Pœnitentiam agite, & iterum facite ergo fru-
ctus dignos pœnitentiæ, vbi vult q; Ioannes nihil iniunxe-
rit pro pœnitentia, nisi præcepta dei communia, vbi suo cõ-
suetudo modo arguendi, per locum scilicet ab auctoritate ne-
gatiue argumentatur. Non est ibi scriptum, aut Ioannes hoc
non dixit, ergo non est ita in quo debuerat attendere, quod
subdit euangelista, & alia multa exhortans euangelizabat
populo. Vbi aperte demõstrat se multa omisisse eorum quæ
docuit Ioannes, alias si velis q; illa absolute sufficiant dicere
debebis milites, & publicanos extorta per concussionem
non teneri restituere, quia de restitutione facienda, ibi non
videtur locutus Ioannes, Sed nemo sanus dicit, q; qui sua di-
stribui misericorditer monet, aliena non iubeat restitui, præ-
cipue cum lex vetus nondum esset abrogata, quæ furem
condemnat in quadruplum, & res inuentas retineri ab in-
uentore non sinit. Quid quod Ioannes satis expresse plus
exigit a pœnitentibus, quam obseruationem communium
mandatorum dum signanter dicit, Facite ergo fructus dig-
nos pœnitentiæ, vnde Gregorius homilia, xx. super euange-
lia, hoc Ioannis verbum tractans dicit, In quibus verbis
notan-

notandū est, q̄ amicus sponsi non solum fructus poenitētiæ sed dignos fructus poenitentiæ admonet esse faciendos. Aliud namq; est fructum facere. Aliud dignum poenitētiæ fructum facere. Vt em̄ secundum poenitentiæ dignos fructus loquamur, sciendum est, q̄ quisquis illicita nulla cōmisit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur, sicq; pietatis opera faciat, vt tamen si voluerit ea, quæ mundi sunt non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse quod est grauius in adulterium lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, q̄p̄ to se meminit & illicita perpetrasse. Neq; em̄ par fructus boni operis esse debet eius qui minus & eius qui amplius deliquit, aut eius qui nullis & eius qui in quibusdā facinorib; cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur. Facite dignos fructus poenitentiæ vniuscuiusq; conscientia conuenitur, vt tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per poenitentiam, quāto maiora sibi intulit damna per culpam. Hæc ille.

Item Leo papa epistola. lxx. iij. capitulis explicat poenitentem abstinere debere ab his quæ alijs licita sunt.

Item q̄ deus a poenitēte plus requirat q̄p̄ cōmuniū præceptorum obseruantia testis est Am. lib. ij. de poenitentia ca. x. Cotidiani nos debet poenitere peccati, sed hæc delictorum leuiorū, illa grauiorū. Facilius autem inueni, qui innocentiam seruauerūt q̄ qui congrue egerint poenitentia, an quisq; illā poenitentia putat vbi acquirende ambitio dignitatis, vbi vini effusio, vbi ipsius copulæ conjugalis vsus. Renunciandum sæculo est, somno ipsi minus indulgendū, q̄p̄ natura postulat, interpellandus est gemitibus, interrūpendus est suspicijs, sequestrādus orationibus, viuendū ita vt vitali huic moriamur vsui, seipsum sibi homo abneget & totus mutetur. Item Aug. epistola. liij. loquens de relapso post recōciliationem explicat fructus dignos poenitentiæ dicens in persona peccatoris. Si me ab hac nequicia reuocatis, dicite vtrum mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimè voluptatis blandimenta cōtempsero, si libidinum incitamenta frenauero, si ad castigandū corpus meum multa mihi etiam

etiam licita & concessa subtraxero, si me poenitendo vehemē-
tius q̄ prius excruciauerō, si miserabilius ingemuerō, si fleue-
rō vberius, si vixero melius, si pauperes sustentauerō largius
si charitate (quæ operit multitudinem peccatorum) flagraue-
ro ardentius. Hæc ille.

Hic vides quibus operibus exui debeat vetustas & de-
leri peccatū, & q̄ quædā debeat facere qui peccauit ad quæ
non obligatur innocēs. Nec ad istud allegantur humanae cō-
stitutiones, sed naturalis & diuini iuris est, quo modus præ-
scribitur errata precedētia emendandi. Quis em̄ negat quin
præcepta de cōtritione, confessione, & satisfactione propria
sint lapsorum? & a lapsu se cōuertentiū, vt Iohelis. ij. Conuer-
timini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & plan-
ctu. Item de confessione. Dic tu iniquitates tuas prior vt iu-
stificeris. Item qui absconderit scelera sua non poterit iustifi-
cari. Et dixi. Confitebor aduersum me &c. & huiusmodi. Si-
militer respondetur ad verbū Ezechielis. Nam ipse prophe-
ta cum catalogum virtutū quas faciens iustus esset enume-
rasset & posuisset septēdecim. xvi. & xvij. posuit. In precep-
tis meis ambulauerit & iustitias meas custodierit vt faciat
veritatem, hic iustus est vita viuet, & alibi scribitur. Maledi-
ctus omnis qui non pmanerit in omnibus quæ scripta sunt
in lib. legis. Ex quo apparet impium cōuersum debuisse of-
ferre pro peccato suo oblationes & sacrificia quæ describun-
tur in leuitico, lege veteri habente cursum, alias non ambula-
ret in omnibus præceptis domini & iustificationibus. Et pa-
riformiter in lege naturæ & gartia placandus est deus ope-
ribus & sacrificijs pro tempore congruētibus, & sicut aliter
facit iustitiam qui præmia virtutibus reddit, aliter qui suppli-
cia peccantibus. Ita aliter facit iustitiam, qui reddit depositū
aut soluit debitū, aliter qui in se punit diuinā offensam. Quid
quod ipse Ezechiel illo ipso cap. cōcludit dicens. Conuer-
timini nec illo contentus addit, & agite poenitentia ab omni-
bus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniqui-
tas. Projicite a vobis om̄es iniquitates vestras in quibus pre-
uaricati estis & facite vobis cor nouum & spiritum nouum
Hic pre

Hic præcipit agere pœnitentiam & facere cor nouum, quo præcepto non ligantur iusti, & non habentes cor vetus.

Similiter respondetur ad verbum Michee, v. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus quærat a te vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. Ipse contextus ostendit illud verbū referēdum esse ad tempus ante peccatum, quod non solum Iyra dicit, sed & Amb. epistola. xviii. quæ est ad Horontianū vbi totum illum prophete locum a ca. v. vsq; ad. vii. explicat de anima lapsa, quæ ad pœnitentiā prouocatur, verba Amb. sunt, Si qua autem anima infirma, sicut ille secundum carnē israel titubauerit, & ab illa Christi charitate persecutionibus turbata se aliquātulum separauerit, corripitur atq; arguitur, quasi infida, quasi ingrata, quasi incredula, quæ liberata a vanitatibus sæculi, in eas respiciendo reciderit, a qua non muna non taurorum sacrificia, sed tantummodo vt bonum cognosceret, iustitiam faceret postulatum est, Renunciatum est inquit tibi homo, quid sit bonum, aut quid dominus exquirat a te, nisi vt facias iudicium & iustitiam, & diligas misericordiam, & paratus sis ire cum domino tuo. Sed quia nō seruauit hæc illa infirmior anima, ideo dominus ait, Heu me, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut racemum in vindemia. Audiens ergo hæc propheta in quo loquebatur deus ait, ad illam animam.

Hic habes hoc verbum debere referri ad tēpus ante peccatum. Quod si etiam referas ad tempus post peccatum, sicut referre videtur Hiero. dicens, Nihil enim dignum est, quod pro peccato possit deo offerri, & nulla humilitas potest maculas eluere delictorum, quia impossibile est sanguinem taurorum & vitulorum & holocausta medullata, & cruorem arietum, & hircorum pinguium animæ sordes lauare, & infra, Si mille obtulero arietes, si decem milia hircorum, & totas leuitici victimas spiritualiter intelligens in me exhibero, eo rem deducit, vt solus sanguis, aut proprius, aut Christi sufficiat abluere peccatum. Indicabo tibi o homo, & quia dubitas o popule israel, Imo vniversum hominum genus, quomo-

quomodo pro peccatis tuis deum possis placare, si nec ha-
bes victimas quibus tua compensetur impietas, ego respon-
debo tibi quid querat deus. Imo iam ante in lege monstraui
scriptum est enim in deuterio. Et nunc israel, quid dominus
deus tuus querit a te, nisi vt timeas dominum deum tuum,
& ambules in omnibus vijs eius, & diligas eum & seruias
domino deo tuo, de toto corde tuo, & de tota anima tua, &
custodias mādata domini dei tui, & iustificationes eius, quæ
ego mando tibi hodie. Hæc ille.

Hic habes q̄ Hierony. pro eodem habet verbum Michee
Indicabo tibi &c. & verbum deuterio. vt quod in propheta
dicitur facere iudiciū, & iustitiam in lege habetur. Custo-
dias mandata & iustificationes, in quibus sunt victime &
oblaciones, quæ præcipiuntur offerri pro peccatis, ad quæ
mandata facienda non obligantur, nisi qui peccauerunt, &
pro peccato satisfaccere tenentur.

Et quamq̄ vnus locus suppleri debet ex altero, vt quod
in vno loco minus dicitur ex altero suppleatur, tamen suffici-
enter etiam ex hoc loco reuincitur M. sententia, eo q̄ facere
iudiciū debet vnusquisq̄ iuxta qualitatē sui status & p̄sonæ
& diligere debet homo m̄iam incipiēdo a se, vt misereat aīæ
suæ placēs deo, & quō potest sollicitus ambulare cū deo, ni-
si curet satisfaccione emēdare peccatū. Vnde & apostolus in
ter cætera, q̄ secundū deū tristitia operatur, enumerat vindi-
ctā. ij. ad Corin. vij. Quæ em̄ secundū deū tristitia est, p̄nitē-
tiā in salutē stabilē operatur, sęculi autē tristitia mortē operat̄
Ecce em̄ secundū deū cōtristari vos q̄tam in vobis operatur
sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timo-
rem, sed desyderium, sed emulationem, sed vindictam. Hæc
ille, vbi Ambro. necesse est, vt quis vindicet eum, cuius erga
se sentit affectum, & in seipsum vindicat, qui se causa delicti
affligit. Vnde etiam Augusti, epistola. liiij. quæ est ad mace-
donium dicit. Nihil aliud agit, quem veraciter p̄nitet, nisi
vt id quod mali fecerit impunitum esse non sinat, eo quippe
modo sibi non parcenti ille parcit, cuius altum iustumq̄ iu-
diciū nullus contemptor euadit.

Hæc

Hæc omnia quæ apostolus dicit in Corinthijs facta per tri-
sticiam secundū deum puto pertinere ad legem euangelicā
ergo vindicare in se dei offensam, quod idem est quod satisfacere,
pertinet ad legem euangelicā, vnde apparet nō recte
dici, q̄ de satisfactione nihil habeatur in sacris litteris, Nec po-
test M. intelligere quo ad modum & tempus humano iure
superadditum aut specificatum, quia cōtūm ad illa etiā eu-
charistia, & alia multa, habent quædam superaddita per ho-
mines, propter quæ tamen non vere dici potest, q̄ de eis ni-
hil legatur in sacris litteris.

Alius articulus est q̄ deus ligat hominem ad impossibile
de quo tractatum est in primo articulo, excepto eo q̄ dicit
omnes filios Adæ esse idolatras, & primi præcepti legis reos
hunc ponit in præceptorio circa præceptū primum non lon-
ge a principio, vbi distinguens inter idolatriam interiōrē &
exteriōrē dicit, q̄ accipit dictum suum de interiōre, vbi est a-
mor & fiducia in creaturā subdens, Hęc idolatria dominatur
in omni homine donec sanetur per gratiam in fide Iesu Chri-
sti quod dictum si ipse intelligeret quemadmodū verba pri-
ma facie sonant vtcunq; tolerari posset, quod videlicet vsq;
ad baptisimi gratiam vel pœnitentiæ vbi peccata præterita de-
lentur, & virtus ad sancte viuendū deinceps cōfertur, & ad
obediendū diuinis mandatis facultas datur, Non em̄ videre-
tur absurdum si saltem metaphorice diceretur idolatra homo
c̄dū principalem fidem spem & amorem ponit in creatura
Sicem̄ apostolus appellat auaritiā idolorum seruitutem, Sed
ne sic accipiatur M. dictum, prohibet ipse qui illam gratiam
Christi docet expectandā esse in futura vita cum circa finē
eiusdem præcepti dicit, Si hoc præceptū seruaretur, vt nulla
superbia nulla radix nullum initium peccati ac per hoc nulla
peccata essent, sed pax, amor, mititas, paciētia & oim̄ virtutū
plenitudo, qd̄ non in hac vita sperandū est, Hoc ferri poterat
q̄ plena virtutū perfectio in futurū expectatur nisi subderet
Ideo semper manemus peccatores, & huius præcepti trans-
gressores solo hoc sacrificio salui, q̄ hanc transgressionē non
ignoramus neq; negamus,

Hic vi

Hic vides plane q̄ gratia liberās a transgressione p̄cep-
ti secundum cum in futuro s̄culo expectanda est, & postq̄
monstrauit q̄ deus requirit mandatū pro statu vie impossi-
bile addit tale argumentū velut confirmaturus omnia supra
dicta sua. Qui non agnoscit se p̄ceptū debere quomodo se
agnoscet esse peccatorem? Qui autem non agnoscit se esse
peccatorem quomodo timebit deum & iudicium eius? Qui
autē nō timet quomodo humiliabitur? Qui nō humiliatur,
quō gratiā cōsequetur? Qui gratiā nō cōsequitur quō iusti-
ficabitur? Qui non iustificatur quomodo saluus erit?

Ad quæ concatenata respondetur q̄ sicut dicit Aug. do-
minus seruū pigrum non dānaret, si ea quæ fieri nullomodo
poterant imperaret. Tempus autē implendi mandata est tē-
pus vie sicut scriptum est, Viam mandatorū tuorum cucur-
ri cum dilatasti cor meum. Vnde, iij. cōtra duas epistolas pe-
lagianorum cap. vii. dicit, Hæc non erunt in p̄ceptis, sed in
eorum quæ hic seruanda sunt p̄mīo p̄ceptorū, nec opus
est q̄ homo agnoscat se esse idolatrā cum possit fuisse & nō
esse, sicut scriptum est, Hæc quidē fuistis, sed abluti estis, sed
sanctificati estis. Nec ad habendā peccati agnitionem valet
p̄ceptū impossibile, sed potius ad contrarium. Et sunt qui
non timent aduentū iudicis, vel diem iudicij, sed diligunt &
optant potius fiducia bonæ conscientie dicentes cum apo-
stolo, De reliquo reposita est mihi corona iustitie, quam red-
det in illum diem iustus iudex non solum autē mihi, sed &
ijs qui diligunt aduentū eius, de quibus Christus dicit, His
fieri incipientibus, leuate capita vestra, quia appropinquat re-
demptio vestra. Et timet deum nōnunq̄ non peccator, vt il-
le de quo scriptū est, Et replebit eum spiritus timoris domi-
ni quo timore casto permanente in s̄culū s̄culi timebat de-
um virgo semper sancta, cui impeccantia non ademit humi-
litate per quā gratiæ capax facta, iustificata, saluata est. Vt
cū cōcedatur M. eum processum habere locum in peccato-
ribus initio conuersionis, tamen pro toto tēpore vitæ morta-
lis in quibuslibet hominibus q̄tūuis perfectis, vt apostolis,
martyribus, patriarchis, nullam habet rationis apparentiā, cur
v i enim

eñ qui fide spe & charitate præditus est, & in vitæ præsen-
tis stadio currens contendit ad palmam superne vocationis,
idolatra vocabitur, si dixeris propter fomitem & concupis-
centiam, aut habitū aliquem relictum. Primo respōdebit Au-
gu. li. vi. aduersus Iulianū cap. viij. Nullo modo simile est in-
quit sacrificium transiens manenti concupiscentiæ, quæ ho-
minem iam non cōmittentem, quod solet ei consentiēdo cō-
mittere, iam plena fide & cognitione retinentem non esse ta-
lia faciēda, stimulis tamē illicitorum desyderiorum, quibus
resistit castitas inquietare non cessat, neq; scientia finitur vt
non sit, sed continētia refrenatur, vt quo tendit peruenire nō
possit, & paulo supra idem Aug. inquit. Idolis itaq; sacrifica-
tum factum est transiens, non viciū manens. Impietas ve-
ro qua sacrificatū est, quia & illo peracto manet, videtur es-
se concupiscentiæ similis, qua cōmissum est adulterium. Sed
errore sublato, quo illa impietas pietas etiam putabatur, un-
quid idolis aliquem sacrificare delectat, & in illo huiusmodi
desyderium commouetur.

Hic vides secundum Aug. non esse simile de idolatria &
alijs vicijs, quorum cōcupiscentia manet in sciente, & repu-
gnate, & tamen etiam in alijs vitijs, propter ipsam concupis-
centiam, cum qua pugnandum est, homo dicendus non est
aut auarus, aut adulter. vnde Aug. ij. aduersus Iulianum alle-
gatis verbis sancti Cypri, in epistola de mortalitate. Cum a-
uaritia nobis (inquit) cum impudicitia, cum ira, cum ambitio-
ne congressio est, cum carnalibus vicijs, cum illecebris sæcu-
laribus assidua, & molesta luctatio est. Obsessa mens homi-
nis, & vndiq; diaboli infestatione vallata, vix occurrit sin-
gulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido, si li-
bido compressa est, succedit ambitio. Si ambitio contempta
est, ira exasperat, inflat superbia, vinolentia inuitat, inuidia cō-
cordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit. Cogaris maledi-
cere, quod diuina lex prohibet, compelleris iurare quod nō
licet. Tot persecutiones animus cotidie patitur, tot periculis
pectus virgetur, & delectat hic inter diaboli gladios diu sta-
re, cum magis concupiscēdum sit, & optandum ad Christū
subue-

subueniente velocius morte properare. Absit autem vt sanctum Cypri, aut auarum existimemus fuisse, quia cum auaritia aut impudicum, quia cum impudicitia, aut ire subditum, quia cum ira, aut ambitiosum, quia cum ambitione, aut carnalem, quia cum carnalibus vitijs, aut saeculi huius amatorem quia cum illecebris saecularibus, aut libidinosum, quia cum libidine, aut superbum, quia cum superbia, aut vinolentum, quia cum vinolentia, aut inuidium, quia cum inuidia conflagrabat. Imo vero ideo nihil eorum erat, quia his malis motibus partim de origine, partim, de consuetudine venientibus fortiter resistebat non acquiescens esse, quod eum esse cogebant. Haec ille.

Hic apertissime habes, quod sanctus certans cum vitijs vitijs suis nec solum extrinsecus operantibus, sed intrinsecus in propria carne rebellantibus, & desideria mala commouentibus, non denominetur quando eorum desiderijs non consentit. Itaque etiam, si idolatrie desiderium adesset, idolatram non faceret, si consensus deesset quantum minus ubi nec desiderium adest errore depulso, & iam cognita veritate.

Alius articulus virtutes morales, & scientiae speculatiuae sunt peccata, & errores in peccatoribus, quia fiunt necessario ex corde malo, & nondum sanato per gratiam. Hinc ponit in praecceptorio praeccepto primo circa finem, cum vt patet ex dictis circa praecedentem articulum secundum Mart. omnes & singuli viatores quod diu vita mortali viuunt peccatores maneat, & primi & maximi legis mandati transgressores, & consequenter habentes cor malum nondum per gratiam sanatum, quam vult non in hac vita sperari debere, sequi videtur scientias speculatiuas, & morales virtutes, in omnibus omnino hominibus esse peccata & errores. Ipse enim Mart. alibi dicit. Omnes homines mortali peccato esse obnoxios in tracta. suo, de ratione confitendi capit. viij. ubi ponit haec verba. Hoc mortalium mortalissimum non credere se damnabili, & mortali peccato esse obnoxium coram deo, quid igitur dicemus: an etiam in hominibus iustis mortales virtutes peccata sunt, aut peccato mortali obnoxios non est dicendus

peccator: Forſitan dices, Marti. loquitur de ijs peccatoribus qui ſe iuſtos credunt, aut qui peccata ſua non agnoſcunt, aut quibus ſua peccata non diſplicent. Iuſtos vero vocat nō eos qui mortali peccato carent. Nam & iuſti ſecundū eum ſunt precipui mandati tranſgreſſores, & eo ſolo ſacrificio ſaluantur, q̄ tranſgreſſionē non ignorāt neq̄ negant. Hoc inq̄ dici non poteſt. Non em̄ ſatis eſt homini pro ſtatu ſalutis habendo aut retinendo q̄ ſuum peccatū agnoſcat, & fateatur, q̄ licet ita notum ſit, vt probationē non requirat, tamen id teſtatur Aug. pluribus locis ſignanter lib. i. contra duas epiſtolas pelagianorū ca. x. vbi tractans illud apoſtoli ad roma. vii. Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatū. Non em̄ inquit melius intelligitur. Non ego operor niſi quia non conſentit exhibere mēbra ſua arma iniquitatis peccato. Nam & ſi concupiſcit & conſentit & agit quō nō ipſe illud operatur: etiā ſi operari doleat, & vinci grauiter ingemiſcat.

Hic aperte vides q̄ homo agnoſcit & fatetur peccatū ſuum, imo ſe peccare dolet, & grauiter ingemiſcit, & nihilominus peccatū imputatur. Et tamen eſto loquatur de peccatoribus, id eſt de ſuperbis & arrogantibus, falſum eſt quod dicit ſciētias ſpeculatiuas eſſe errores, habitualis em̄ vel actualis cognitio veritatis quæ nomine ſciētiae importatur in peccatore peccatū non eſt, ad Ro. vii. Lex peccatū eſt abſit, ſed peccatum non cognoui niſi per legem, legem, inq̄ vocalem, ſcriptam, vel mentalem, quæ nomine ſcientiae ſignificatur. Item Augu. retractat q̄ in oratione dixerat. Deus qui ſolos mundos verum ſcire voluisti poterat inquit reſponderi multos immundos multa vera ſcire potuiſſe. Et ſi M. ratio procederet, quia ſcilicet procedunt ex corde malo nondū per gratiam ſanato probaretur omnes artes mechanicas, imo & liberales grāmaticam, logicam, rhetoricā, mathematicas diſciplinas, quæ ſunt in primo gradu certitudinis, & quæcunq̄ ſequendo naturale lumen rationis inuenerūt gentiles, & idola trā, eſſent errores & peccata. Cum em̄ ſecundum Aug. in enchiridio cap. xix. Errare ſit approbare falſa pro veris, aut improbare vera pro falſis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro

ta pro incertis, quomodo possunt scientiæ speculatiue esse er-
rores ubi sunt apertissime & necessarie veritates, quas in lu-
mine prime veritatis supra se cernit animus etiã hominis in-
fidelis, q̄to minus peccata dicenda sunt & errores in pecca-
toribus fidelibus cum possit etiã cōtingere q̄ aliquis bo-
nus & sapiēs eruditus sicut Moyses om̄i sapiētia egyptiorū
declinet a lege dei, quẽadmodū fecit Salomon. Aliud est em̄
hoiẽm abuti dono dei aliud donū dei esse peccatū. Nam vt
ait Aug. lib. i. de nuptijs & concupiscentia quis audeat dice-
re donum dei esse peccatū? Anima em̄ & corpus & quæ-
cuncq; bona anime & corporis naturaliter insita etiã in pec-
catoribus dona dei sunt, quoniã deus non ipsi ista fecerunt.
Nec valet argumentū ista procedūt ex corde malo, i. ex volū-
tate & intellectu peccato deprauatis ergo sunt mala, quia nō
necessario procedūt a corde secundū id, secundū quod est ma-
lum, sed possunt procedere ex bono naturæ secundū q̄ ipsa
naturaliter rationalis est, & capax discipline, per quam virtu-
tem naturalem inuenire potest bonā artem homo malus. Si
em̄ iuxta Dionysium in demonibus naturalia manserunt in-
tegra post obstinationẽ in peccato quid mirum, si in homini-
bus adhuc viatoribus natura sit capax veritatis id quod nō
potest nisi impudentissime negari, tot artibus & scientijs, ge-
neri humano vtilibus a malis hominibus repertis. Habet em̄
homo veras operationes vitales quibus cōmunicat cum vi-
uentibus, & animales quibus cum animalibus, & proprias
secūdum intellectū factiuum, & speculatiuum, quicquid sit
de intellectu actiuo in infidelibus. Ista em̄ sufficienter impro-
bant articulum dñatum q̄tum ad id quod dicit scientias spe-
culatiuas esse errores. Item ex dictis Mar. sequitur q̄ virtutes
morales sint vitia, non solum in peccatoribus aut infidelibus
cum ipse dicat opus bonum optime factum esse peccatum
ad minus veniale, quod esset mortale, nisi deus ignosceret.
Nam virtus huiusmodi opus causat aut ex ea causatur. Illud
opus virtutis est, si aliquod est. Non est itaq; mirum q̄ dicit
virtutes morales esse peccata in peccatoribus de quo latius
dictum est, circa primum articulum. Nec obstat quod dicit
Augu.

Aug. q̄ omnis vita infidelium peccatum est, & q̄ apud infideles nō est vera virtus, quia sufficit proposito nostro, si in ipsis peccatorib⁹ fidelibus sit aliqua vera virtus, & quod de infidelibus dicitur sane intelligendum est puta cōcomitāter, & non formaliter, aut dum operatur ex infidelitate, aut ad finem infidelitatis refert, aut alio non recto fine deprauat opus, dum operatur metu pœnæ, aut cupiditate quæstus, vel glorię & non quia recte rationi consonum, aut quia bonum, vel honestum. Sicut enim sunt, quedam mala non quia prohibita, sed potius prohibita, quia mala ita ediuerso quædam sunt recta & honesta & bona per seipsa non quia præcepta, & scripta sunt in cordibus hominum, vbi est imago dei. Id quod Augu. non negat etiam apud infideles esse tractans illud ad Roma. ij. Gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ostendentes opus legis scriptum in cordibus suis lib. de spiritu & littera. capitu. xxvij. vbi inquit. Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt nondum sunt habendi in numero eorum, quos Christi iustificat gratia, sed in eorum potius quorum etiam impiorum nec deum verum veraciter iusteq; colentium, quædam tamen facta vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secū dum iustitiæ regulam non solum vituperare non possumus verum etiam merito recteq; laudamus, quamq; si discutatur quo fine fiant vix inueniuntur, quæ iustitiæ laudem defensionē mereantur, & cap. sequenti. Verū tamen quia nō vsq; adeo in anima humana imago dei terrenorū affectuum labe detrita est, vt nulla velut liniamēta in ea remāserint, vnde merito dici possit etiam in ipsa impietate vitæ suæ facere aliqua legis vel sapere, & infra, a cuius gratia videlicet Christi, si alii eni sunt, de quibus agimus, qui secū dū illum modū de quo superius satis diximus. Naturaliter quæ legis sunt faciunt, qd eis proderūt excusantes cogitationes in die qua iudicabit deus occulta hominū, nisi forte vt mitius puniātur. Sicut enim nō impediūt a vita æterna iustum quædam peccata venialia sine quibus hæc vita non ducitur. Sic ad salutē æternā nihil profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cur

ta cuiuslibet pessimi hominis inuenitur:

Item Aug. quando negat in infidelibus esse veram virtutē aut bonam voluntatē non quālibet virtutē, aut quālibet bonam voluntatē eis aufert, sed eam qua homo est absolute bonus & perducitur ad salutē sempiternā. Vnde. iij. aduersus Iulianū ca. iij. post longam disputationē, vbi subtilissime examinat materiā tandem sic cōcludit. Aut certe, quoniā saltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorum vidētur bona, non tamē eos ad salutem sempiternā regnumq; perducere, scito nos illud bonum hominū dicere illam voluntatem bonam illud opus bonū, sine dei gratia quæ datur per vnum mediato rem dei & hominū nemini posse cōferri, per quod solum homo potest ad aternū dei bonum regnūq; perducī.

Hic vides de qua voluntate, & quo bono, & quali virtute loquitur Aug. quando veram virtutē, vel bonā voluntatē negat esse apud infideles. Possunt etiā peccatores aliquid facere amore dei, vel quia præcepit deus quibus nō faciāt ex charitate, quæ separat filios regni & perditionis. Nam teste Augusti. Charitas nō quælibet, sed charitas dei de corde puro, & cōscientiā bona, & fide non ficta est, ex qua iustus in hac peregrinatione viuens ad speciē quoq; perducitur. Et q̄ ea sit mens Aug. patet etiā ex ca. allegato. iij. cōtra Iulianū. Subdit em̄ statim. Omnia perinde cætera quæ vidētur inter homines habere aliquid laudis, videātur tibi virtutes verę, videantur opera bona, & sine vllō facta peccato. Quod ad me pertinet hoc scio, quia nō ea facit voluntas bona. Volūtas quippe infidelis atq; impia nō est bona. Dicātur secundū te huiusmodi voluntates arbores bonę, sufficit q̄ apud deū steriles sunt, ac p̄ hoc nō bonę. Sint inter homines fructuosę inter quos sunt & bonę, te auctore te laudatore, si vis etiā plantatore, dū tamē illud velis nolis obtineam q̄ amor mundi quo quisq; amicus est huius mundi non est a deo, amorq; fruendi quibuscūq; creaturis, sine amore creatoris non est a deo. Amor autem dei quo peruenitur ad deum non est nisi a deo patre per Iesum Christum cum spiritu sancto. Per hunc amorem creatoris bene quisq; vtitur etiā creaturis. Sine hoc amore
creatoris

creatoris nullis quisquā, bene vtitur creaturis. Hoc ergo amore opus est, vt bonum beatificum sit, & pudicitia coniu-
galis, vt sit eius intentio, quando vtitur coniugis carne non
in voluptate libidinis, sed in voluntate propaginis. Si autem
vicerit, & propter seipsam, non propter filios propagandos
fieri aliquid extorserit, & voluntas veniale peccatum sit pro-
pter nuptias Christianas.

Hic aduerte q̄ Aug. vocat veram virtutē & bonam vo-
luntatē eam solam quæ digna est retributione cetera, & ecō-
trario eam malam voluntatē vel falsam virtutem, vbi volun-
tas est impia & infidelis, id est cum actus volendi procedit
ab infidelitate vel finem infidelitatis intendit. Item quādo in
actu vel voluntate dominatur amor mundi in quo cōplecti-
tur amorem voluptatis, amorē glorie, amorem lucri. Isti em̄
omnes sunt non recti virtutis fines, ac per hoc ad eos inten-
tio directa mala est, & opus inde proueniens. Item amor fru-
endi quibuscūq; creaturis sine amore creatoris non est a deo.
in quo Aug. intendit eorum sententiā damnare qui dicūt sa-
pientem frui debere animo suo aut animi sui virtutibus, &
cum vtraq; sint creaturæ, huiusmodi fruitur creatura, i sum-
mum amorem exhibet rei, quæ nō est summe diligenda, qđ
certum est esse malum & peruersum. Et tamen in medio in-
ter hoc bonum & malum est aliquid nec dignum retributi-
one aterna, nec peruerso fine infectum in quo est homo ste-
riliter bonus, id est bonam voluntatē & operationem habet
pro qua non reportat fructum vitæ aternæ, pro qua etiā nō
meretur puniri. Exemplum quando gentilis aut etiam fide-
lis, a voluptate cōtinet, quia recte rationi consonū, quia bo-
num, quia pulchrum, quia honestū. Sicut em̄ qui ascendit ut
alicui propositioni, quia vera est honorat veritatē primam, p̄
quam omnia vera, vera sunt, q̄uis creatæ veritatis euidentia
causa sit vt assentiat. Simili modo quādo voluntas aliquid p̄-
sequitur eo solo quia bonum est, aut quia honestum est, aut
quia recte rationi consonū est, videtur ipsam honestatē ho-
norare, amare, amplecti, in q̄ virtualiter amat deū, q̄ est fons
boni honesti & rationis. Qui em̄ aliquid amat, quia tale ma-
xime

xime amat id quod est maxime tale, & talis vtēs creatura be-
ne, non ea vitur sine amore dei, quā nō sit huiusmodi amor
dignus vita aeterna, propter quod Aug. nō dixit tantū amor
dei, sed addidit quo peruenitur ad deū, non est nisi a deo pa-
tre per Iesum Christū cum spiritus sancto dans intelligi, q̄ ali-
quis sit amor dei, quo non peruenitur ad deū. Q̄ si quis ne-
get hunc amorē apud eos, qui ignorāt verum deum reperiri
saltē in fidelibus peccatoribus, nemo negabit nisi nimis con-
tentiosus. Quanta em̄ faciūt peccatores amore dei, aut quia
præcepit deus, non obstat, si dicas huiusmodi voluntatē vel
operationē non esse sine gratia dei, & speciali fauore, quia di-
uina clemētia multas gratias, facit etiā indignis, qui solem su-
um oriri facit, super bonos & malos. Solem inq̄ non modo
visibilē, sed etiā aliquatenus intelligibilē. Sic Aug. li. de spiri-
tu & littera ad Marcellinū ostendit ipsam fidem, qua credi-
mus, & voluntatē quæ fidem antecedit ad gratiā dei pertine-
re, & q̄ ea voluntas donū dei sit, qui tamē pro magno incō-
uenienti habet, si dicatur q̄ donū dei sit peccatū, vt supra alle-
gatum est. Item Aug. dicit etiā, patientiā qua hereticus tormē-
ta sustinet, ne Christū neget esse donū dei, ac nullomodo pos-
se recte vituperari. Posset autē iuste vituperari, si vitium esset,
cū vituperatio hinc dicta sit, q̄ vitio parata sit, vt idem dicit,
iij. de lib. ar. Hinc sequitur non esse incōueniens, ponere in pec-
catore, quædam opera nō mala, imo bona, sed non meritoria
vitæ aeternæ.

Alius articulus est, q̄ varias propositiones & suspectas in-
ducit de purgatorio, vt q̄ anime in purgatorio, sine intermis-
sione peccāt, in eo q̄ horrēt poenas, & quærūt requiē. Hanc
ponit in declaratione, xvij. cōclusionis, vbi etiā addit, atq̄ vt
inter tot disputationū spineta, etiam asserā aliquid. Ego libe-
re cōfiteor me credere nullam animā redimi de poenis purga-
torij, propter suum timorē donec posito timore incipiat ama-
re voluntatē dei, in tali poena, & plus dei voluntatē amet, q̄
poenā timeat. Imo solam dei voluntatē diligat, poenā vero vi-
lipendat, aut in voluntate dei etiā amet, quia oportet vt iusti-
tiam diligat, anteq̄ saluetur, at iustitia est deus, qui hanc poe-
nā ope

nam operatur, deinde illud Christi, Qui nō accipit, id est vo-
lens & amans portat crucē suam, & sequitur me non est me-
dignus at crux animarū est illa pœna, quæ cum ita sint & ve-
rissima credo dicat qui potest, quomodo iste amor pœnarū
cum timore mutari potest, sine noua gratia infusa ego fate-
or me nescire. Hæc Mar.

Attēde lector quid sibi ista velint. Primū cum secundum
Mar. præcipua & pœnæ sola purgatorij pœna sit timor hor-
ror, & quasi desperatio, quomodo potest anima diligere suū
timorē horrorē desperationē? Secūdo cōsidera q̄ anima po-
test diligere dei voluntatē, & ei perfecte subijci, & tamē si-
mul & semel habere dolorē pœnā afflictionē, quod probāt,
Iob, Thobias, & martyres, sed nihil euidentius hoc probat, q̄
ipsum caput martyrū Christus in quē si oculorū aciem dire-
xisset M, forsan intellexisset, quod se dicit non intelligere, q̄
videlicet timor vel dolor auferrī p̄t, sine infusioe noue gratie
aut sine augmēto charitatis, vidisset etiā amorē quietis, & fu-
gam molestiæ nō esse peccatū. Q̄ q̄ nō omnis timor pœnæ,
seruilis est nec quicūq̄ querit requiē, q̄rit q̄ sua sunt p̄ exclu-
sionem eorū quæ sunt Iesu Christi, Tertio puto q̄ Mar. dicit
q̄ Christus acceperit crucē suam, & q̄ eam portauerit vo-
lens & amans & nihilominus habuit dolorē, qui diffinitur
ab August, q̄ sit dissensio ab his rebus, quæ nobis nolenti-
bus acciderunt. Fuit igitur in Christo dissensio, & fuga atq̄
Christo nolenti aliquid accidebat sine detrimēto obediētiæ,
subiectionis, virtutis, gratiæ, aut charitatis, quæ eū ita manife-
sta sint omni Christiano, vt nullo modo negari possint, quæ
temeritas ē: negare similia posse cōtingere in futuro sc̄b, q̄s
ponet modū iræ domini: vt nō possit inuisibiliter affligere,
& punire animā corpore exutā, ab inferno dei gratia libera-
tam, tamen adhuc venialibus subiectā, quæ purgari possunt
etiā in via, sine præexistētis charitatis augmēto, quo ad cul-
pam & pœnam simul. Nec aliquā habet apparentiā, quod di-
cit animā non liberandā a purgatorio, nisi pœnā suam amaue-
rit. Iubet em̄ (inquit Aug. pœnam tolerari non amari, & simi-
le est M, dictū ac si diceretur, q̄ nemo liberabitur a corrupti-
one mor-

one mortalitatis, nisi ipsam mortalitatem amauerit cum illi sunt maxime digni, qui liberentur qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo. Et istud maxime procedit, si dicatur secundum eundem M. quod maxime animae timet odium dei quod est in inferno, & quod magis timet, ne non laudet & amet deum, quod fieret in inferno. Si enim ille sunt praecipue poenae quas timet, quomodo possunt illas cum perfecte fuerint amare, aut quomodo potest anima mortem aeternam quam timet amare. Sed videamus rationes quibus Mar. ostendere nititur in purgatorio augeri charitatem. Primo argumentatur sic & vocat robustissimum argumentum, quia opposita sententia nulla auctoritate docetur sua vero sententia saltem ea nititur auctoritate, quod sine addita gratia nullus timor pellitur, quem sola perfecta charitas foras mittit.

Respondeo quibus monstratum non sit poenam animarum in purgatorio esse timorem, tamen admissio, ex dictis apparet aliquem timorem vel horrorem cruciatus cadere in eum, qui perfecte charitatis est, ac ab eodem tolli, sine charitatis augmento. Sententia vero Iohannis apostoli, Perfecta charitas foras mittit timorem intelligenda est de timore seruilis, quo habens voluntatem malam a facto continet metu poenae aut cruciatus. An vero opposita sententia aliqua auctoritate vel ratione nitatur infra patebit.

Secundo argumentatur ex verbo apostoli diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, hoc autem bonum non potest intelligi, nisi augmentum iam possessi boni ergo, & purgatorium auget bonum dilectionis dei, & inducit exemplum de auro, quod in fornace probatur.

Respondeo illud apostoli verbum ad Romanos. viij. significat electis non nocere, quod aliquando per ignorantiam non per iactantiam contraria postulant. Unde Ambrosius super eodem apostoli verbo dicit. Quia diligentes deum & si imperite peccati fuerint non illis oberit, quia propositum cordis illorum sciens deus & ignauiam, non illis imputat quae aduersa postulant, sed ea annuit quae data sunt deum amantibus. Unde & dominus ait. Scit autem inquit pater vester quid vobis opus sit antequam petatis ab eo. Idem verbum vulgarius in eum sensum.

x. ij.

expli

explicat, q̄ huius vitæ dura, & aduersa diligentibus deum,
& prædestinatis cooperatur in bonū, ac per hoc nos non de-
bere turbari, si nos ignorātes, quid nobis orandū sit, dum ab
eis liberari petimus, non exaudiamur.

Ex his vides illud verbū apostoli, ad ea quæ sanctis acci-
dunt in præsentī vitā referendū, q̄ si omnino ad omnes qui
prædestinati sunt, & diligunt deū referas siue in hac vitā, siue
post hanc vitā, sequetur etiā in beatis cōtinuo augeri charita-
tem, quod nemo dicit. Dices fortasse verbū intelligendū, de
his qui nondū vident deū, sed hoc frustra dicitur cum textus
sine restrictione dicat, diligentibus deū oīa cooperatur in bo-
num, q̄uis non improbabiliter dici possit, purgatoriā poenā
cedere animabus in bonū, puta in purgationē, qua peracta
& non alias accipiēt vitam æternā, pro quo seruit exēplum
M. de auro, quod in igne purgatur. Ignis em̄ auro nihil ad-
dit, sed sordes detrahit, & cōmittitur fallacia in argumēto, M,
cum sic argumētatur. Animabus poena purgatoria cedit in
bonū, ergo in hoc bonū quod est augmentū charitatis.

Tertio argu. virtus in infirmitate perficitur. Omnis enim
poena, si præsens est charitas est salutaris, & proficua, Non
em̄ permittit præciolissima & foecundiss, charitas aliquid se-
cum sterile, at in purgatorio est maxima infirmitas, ergo ma-
xime perficit charitatem.

Respondeo verbū apostoli accipiendū est de virtute dei,
non nostra, de virtute inq̄, id est potētia quæ maxime demō-
stratur, cum per infirmos atq̄ abiectos operatur. Vnde vul-
garius Ter. hoc est sapius rogauī, quod plane eius præfert
humilitatē, fatetur namq̄ nequaq̄ se aduersariorū diuexatio-
nes, & insidias potuisse perferre, quæ vt a se tollerētur orabat
Dixit autē mihi sufficit tibi gratia mea, hoc est, sat habeas ve-
lim, quia & mortuos tibi suscitandi, & potestatibus cunctis
imperādi cōtulerim gratiā. Nolim igitur id vltra efflagites, vt
tua expers discriminis sit prædicatio, id namq̄ superuacaneū
foret, qui quod satis est iam dudū acceperis. Vel aliter, & si
permiserim te diuexari adsum tamē & tueor, nam virtus in
infirmitate perficitur, velut dicat id forsitan doles o Paule, ne
me il-

me illud impotētiā arguat, quia verbis tibi & maledictis in-
sidentur pleriq; confide tamē tunc maxime perfectior mea
patebit potētia cum illorū euiceris pertinaciā qui te insectan-
tur. Aduerte autē quemadmodū deus ipse tētationibus sine
nos tradi, ne quouis modo insolescamus. Vel aliter, deus vi-
delicet tunc eius virtutē perfectiorē inquit esse iam nactam
quando in infirmitate, hoc est in persecutionibus, & pericu-
lis eius sectatores afflictabuntur, Hæc ille.

Et Amb. in hunc secundū sensum enarrat dicens, deū bo-
nis meritis prouidere testatur, dū permittit tētationibus hos
deprimi, non solū ne laborū suorum fructibus abdicētur, ve-
rum etiā vt augeant his ad cumulū possessionis æternæ, & in-
fra sufficit tibi gratia mea, qua aut vires tolerādi addebantur
aut tēpus pressurę abbreviābatur, vt deuotio dum infirmita-
te pressurę accidēte non frangitur probata videatur. Ex his
apparet, q̄ infirmitate hominis deus vtitur ad suam potentia
demonstrandā, vel in infirmitate & impotētia hoēm deus re-
linquit ad virtutis custodiā aut ostensionē, vt homo videli-
cēt sibi vel alijs innotescat q̄ta animi puritate gratis diligat
deū, quod totū ad præsentis vitę tēpus pertinet. Nam animę
corpore exute, non opus habēt infirmitate ad virtutis custo-
diam, quā perdere non possunt, nec ad virtutis ostensionem
quæ de mūdo exierūt, nec ad virtutis augmentū, quibus iā
restat non operari, sed recipere pro operibus, quibus iam di-
xit spiritus vt requiescant a laboribus suis.

Quarto impossibile est esse statum in viā. Via autē dei est
charitas ad deū tendēs, ergo necesse est animas vel procede-
re vel retrocedere a charitate dei, cum nondū sint in termino
& dei visione vt patet.

Respōdeo hoc totū sine probatione dicitur, ideo eadē fa-
cilitate reiicitur, qua assumitur. Multis em̄ impedimētis etiā
in vita præsentī accidit, vt anima habens charitatē non pro-
grediatur nec regrediatur, hoc em̄ facit in paruulis baptisatis
infantia, in morionibus per totā vitam stultitia, in quibusdā
phrenesis, in oibus somnus, quin & stante vsu rationis mul-
tę occupationes domesticę aut ciuiles, quæ sine mortali pee-
cato

cato transiguntur, nec tamē charitate diuina, faciūt vt charitas
neq; crescat neq; decrescat. Pro quo facit dictum Grego. su-
pra allegatum. Sunt quidē qui proximos diligāt &c. Quid
igitur mirum si tam excurso mortalis vitæ stadio anima ab-
ditis, vt ait August. receptaculis recepta habeat statum secū-
dum quem in generali resurrectione gloriā vel pœnam re-
ceptura est. Cōstat em̄ animas dānatorum statim post mortē
esse in peccati termino & ita intermō merēdi. Inquit em̄ Am.
Qui eī moritur iā nō peccat, mors em̄ finis peccati est. Si ita
animæ damnatæ quicquid post corpus agit non maiorē ac-
quirit damnationē. Cur non pariformiter erit de anima saluā-
da, vt ea quæ post corpus ei accidūt non faciant ad beatitu-
dinis augmentū. Dicit etiā Cypri, ideo nos debere velle exi-
re de corpore, vt peccare desinamus. Non est igitur status
meriti vbi peccare non possumus.

Quinto arguitur de perseverantia creature siue cōseruatio-
ne, quæ sit rei cōtinuata creatio probans per exēplum in riuu-
lis, calore, & frigore volens esse simile in calore spirituali, id
est amore dei in animabus ex q̄ infert eius cōtinuū augmentū.

Respondeo si argumentum aliquid concluderet non solū
probaret, q; cœlum & terra cōtinuū augeantur, sed etiam q;
charitas beatorū angelorum & hominū perpetuo augmēta-
retur. Non em̄ ponūtur extra creaturæ terminos, per hoc q;
deo coniunguntur intellectuali visione & amore, ac per hoc
non minus opus habent cōtinua cōseruatione tam substā-
tiæ suæ q̄ perfectionū eius q̄ prius.

Visa inefficacia argumentorum, quibus Martinus moue-
tur ad ponendum in purgatorio augmentum charitatis vide-
amus, quomodo dissoluit motiua partis aduersæ. In primis
ad illud August. Hic omne meritum comparatur post mor-
tem nullum, ergo purgatorium non est merendi locus. Res-
pondet q; beatus Augusti, & alij patres qui similia dixerūt
ex auctoritate, & vsu scripturæ loquuntur, quæ vt ipse dicit
magis facit pro parte, quæ dicit in purgatorio esse meritum.
Ad quod dicendū q; Aug. non solum designat locum meri-
ti, sed etiam tēpus cum dicit post mortē nullum esse meritū.

Sequi

Sequitur enim bene nullus meretur post mortem, & quicunq; est in purgatorio est post mortem, ergo quicunq; est in purgatorio non meretur. Secundum em̄ scripturas vita hominis super terrā, est tentatio, est militia, est stadiū, est theatrum, est certamē, in quibus omnibus quicunq; non statim finito stadio vel certamine vel cursu fiat retributio meritorū bonorum vel malorū, tamē tēpore intermedio meritis nihil de cedit nihil accedit, & q̄ ea sit mens Aug. apparet super Ioanem tracta. xliiij. vbi tractat illud. Venit nox quando nemo potest operari, venit inquit nox dicta est, non flamma, nō ignis audi, quia & nox est de quodā seruo dicit. Ligate ei manus & pedes, & projicite eū in tenebras exteriores. Opere ergo homo dū viuit, ne illa nocte pr̄ueniatur, vbi nemo potest operari, mō est, vt operetur fides per dilectionē, & si mō opamur, hic est dies, hic ē Christus, & infra aliud est tps operationis, aliud receptionis. Reddet em̄ dominus vniciq; secū dū opa sua, cū viuis & mortuis sic facturus est. Erit em̄ tunc nox valida, q̄ inuoluat impios, sed & modo ois infidelis, q̄ morit illa nocte suscipitur, & nō est vt illuc aliqd opet, & infra loquēs de diuite in tormētis posito O infelix q̄ viuebas tūc erat tps opandi modo iā in nocte es in qua nemo possit operari. In eundē sensum eū locū. Ioānis explicat Chryso. Me inquit oportet operari dū dies est, quid hoc significat quam habet cōsequentia: sane magnā, hoc est donec dies est dū licet hoibus in me credere, dū hec durat vita laborandū est, venit nox, hoc est futurū tempus, quādo nemo potest operari, nō dixit, nō potero operari, sed nemo potest, id est quādo nō est amplius fides neq; labores, neq; poenitentia.

Hic habes secundū Aug. & Chry. q̄ præsens vita dicitur dies, futurū vero tēpus dicitur nox. Item Hiero. in eundem sensum explicat lib. iij. cōmentariorū in epistolā ad Gala. Ergo dū tēpus habemus operemur bonū ad om̄es, tēpus semētis tēpus est præsens, & vita quā currimus. In hac licet nobis quod volumus seminare cū ista vita trāferit operandi tēpus aufertur. Vnde & saluator ait. Operamini dū dies est venit nox quādo iam nullus poterit operari.

Hic vi

Hic vides apertissime tantorum patrum testimonio diem vocari presentem vitam, noctem vero tempus, quod eam sequitur; Ad idem facit quod scriptura mortuos vocat dormientes. Vnde Aug. super Ioannem tracta. xlix. Dormit ergo omnium mortuus & bonus & malus. Sed quomodo interest in ipsis, qui cotidie dormiunt & exurgunt, quid quisque videat in somnis alij sentiunt laeta somnia, alij torquentia, ita ut euigilans dormire timeat ne ad ipsa iterum redeat, sic unusquisque hominum cum causa sua dormit cum causa surgit, & interest quilibet custodia quod precipiat ad iudicem postea producendus. Nam & receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur. Alios iubentur custodire lictores humano, & miti officio atque civili. Alij traduntur optonibus. Alij mittuntur in carcerem, & in ipso carcere non omnes sed pro meritis causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diuersae custoditae agentium in officio sic diuersae custoditae mortuorum, & diuersa merita resurgentium. Receptus est pauper receptus est & diues, sed ille in sinu Abrahae, iste ubi sitiret, & guttam non inueniret. Habent ergo omnes animae cum de saeculo exierint diuersas receptiones suas, habent gaudium boni & mali tormenta, sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur, & infra. Requiem quae continuo post mortem datur, si ea dignus est tunc accipit quisque cum moritur.

Vides hic secundum Augu. quod unusquisque cum causa sua dormit, & cum causa sua surgit, nec inter dormiendum alicuius causa fit melior aut deterior.

Illud vero Ecclesiastes. xi. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem in locum ubi ceciderit lignum ibi erit, significat unumquemque post mortem eam aeternaliter habiturum mansionem, quam in hac vita sibi praeparauerit. Vnde Hiero. in commentarijs in ecclesiastem. Vbi cumque enim tibi locum praeparaueris futuramque sedem siue ad Austrum siue ad Boream ibi cum mortuus fueris permanebis. Item illud. ij. ad Corin. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi &c. secundum Hiero. Amb. & Vulgarium signanter dicit facta corporis, ut intelligatur in ultimo iudicio animam recipere mercedem eorum, quae operata est per corpus non
ante

ante vel post corpus, & quous ille sententia non concludat esse purgatorium nihil tamen faciunt contra. Et sunt alie ex quibus concluditur post mortem esse purgatorium, de quibus deinceps dicetur, si prius ostenderimus fomiti, aut originali peccato non deberi poenam purgatoriam, cuius oppositum asserere videtur. *M. in declaratione conclusionis, xxij.* vbi ponit haec verba. Haec omnia ita loquuntur quasi non sint peccata, nisi actualia, ac si fomes nulla sit immundicia, nullum impedimentum, nullum medium, quod moretur ingressum regni, cum nisi ipse sanetur, impossibile sit intrare caelum, etiam si nullum adsit actuale. Nihil enim inquitur natum intrabit. Haec Mar.

Quod autem haec falsa sint patet, quia cum baptismus fomitem relinquat & concupiscentiam, sequeretur quod paruulus baptisatus, aut quous alius statim post baptismum decedens ferre deberet poenam purgatoriam ante ingressum regni, cuius oppositum tenet vniuersa ecclesia, vnde etiam Aug. lib. vi. aduersus Iulianum ca. viij. de fomite loquens dicit. Aut illo (scilicet homine) ab eius reatu liberato, sic in certamine aduersus spiritum perseuerat, ut hominem iam non reum ad nulla post mortem tormenta transmittat, non alienet a regno dei. Nulla damnatione faciat detineri. Neque ut ea poenitus careamus velut aliena natura seipsum gatur a nobis, sed quia nostrae naturae languor est sanetur in nobis.

Hic vides quod fomes remanens in baptisato animam non mittit ad aliqua tormenta. Verum quidem est, quod caelum non intrabit anima, nisi languore sanato. Sed in huiusmodi sanatur in virtute baptismatis accepti dono Christi gratuito, non alicuius poenae purgatorie post mortem sustinendae tormento, quod & Aug. expresse asserit lib. xxi. de ci. dei ca. xvi. vbi dicit. Tanta est dei misericordia in vasa misericordiae, quae praeparauit in gloria, ut etiam prima hominis aetas, id est infantia, quae sine villo renisu subiacet carni, & ij. quae pueritia nuncupatur, vbi nondum ratio suscepit hanc pugnam, & fere sub omnibus vitiosis delectationibus iacet, quia licet fieri iam valeat, & ideo infantiam transisse videatur nondum in ea est praecipiti capax infirmitas mentis, si sacramenta mediatoris acceperit, etiam si hanc

y i in eis

in eis annis vitam finiat translata, scilicet a potestate tenebrarum in regnū Christi, non solum pœnis non preparatur æternis, sed ne vlla quidem post mortem purgatoria tormēta patiatur. Sufficit em̄ sola spiritalis regeneratio ne post mortem obsit, quod carnalis generatio cum morte contraxit.

Hic aperte habes in baptisatis qui actualia nulla cōmiserunt defunctis pœna purgatoria fomitem non auferri, & originalia vitia ingressum regni nō differre. Verum quidem est, quod dicitur in apocalypsi. Nihil inquinatum intrabit in illud, sed anima baptismate a reatu purgata dici non debet inquinata. Sicut dominus Petro respondit. Quod deus mundauit, tu commune ne dixeris. Quod si omnino contendas vitia fomitis aliquo modo in anima separata remanere, tamen non auferuntur tormēto aut purgatoria pœna in talibus iuxta quod ait Augusti. Huiusmodi vitia discedente hinc anima pia peribunt in resurgente corpore non redibunt, perunt igitur vitia gratuito dei dono, & virtute suscepti baptismatis inchoata nouitas recedente a corpore anima completur. Tunc enim Christus lauacro mundans animam in verbo vitæ exhibet sibi gloriosam animam non habentem maculam, neq; rugam id exhibēs in vno ecclesiæ membro, qđ in toto ecclesiæ corpore præstabit in fine.

Quod vero Mar. addit de incertitudine salutis animarum quæ purgantur siue omnium siue quarundam, non intendo exactius discutere. Tum q̄ non est articulus particulariter a nobis notatus, & q̄ ad alia festinat intentio licet Marti, nihil probationis adducat, & præcipue fundari videatur in quibusdam exemplis obscuris & incertis, quæ non multum distare videntur a fabulis, in quo sui propositi videtur oblitus quo etiam in receptissimis, & antiquo vsu roboratis exigit scripturam, canones, patres, rationes necessarias, aut probabiles ipse in re quam asserit esse dubiosissimam. Vel solum vel præcipue fabulosis exemplorum narrationibus innititur. In ipso tamen articulo sibi non consentit, cum dicit eas incertitas esse de eo statu in quo nos viatores certissimi sumus, cū enim solum in genere certissimus, q̄ quæcunq; animæ post mortē

mortem purgantur tandem saluabuntur, & non de aliqua particulariter, aut indiuidualiter, quod purgetur, aut non purgetur. Nullam habet apparentiam, quod eandem in genere certitudinem non habeant anime separate in quibus est eadem fides, spes, & charitas, & in quibus corpus corruptibile non aggrauat animam sensum multa cogitantem, nec intellectus a visibilibus mendicat inuisibilem notitiam, sed seipsam nudam intuetur anima. Item quia Martinus dicit, quod anima separata damnata statim blasphematur deum, quod an verum sit non discutio, purganda vero anima non. Cum igitur anima experiatur in se an blasphemetur an non, cur hoc signo non cognoscit se non esse damnatam.

Item cum nulla anima separata a corpore purgetur, nisi quae secum portat in fundamento CHRISTVM hoc est quae habet charitatem qua super omnia diligit Christum. Non est enim post mortem tempus acquirendae charitatis, quia non est tempus fructuosae poenitentiae, & ipsa charitas est vestis nuptialis pignus spiritus, arra felicitatis aeternae, per quam spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei, quod si filij & haeredes, haeredes quidem dei cohæredes autem Christi, quomodo anima haec in se non sentit, aut videt cum est a corpore seiuncta, aut saltem quomodo non credit se pertinere ad corpus Christi, sed de his satis.

Aliquam esse post mortem purgatoriam poenam demonstratur ex Euangelio Matthaei. xi, vbi de quodam peccato dicit CHRISTVS quod non remittitur in hoc saeculo neque in futuro, & alius euangelista addit, sed reus erit aeterni delicti. Ex quo per locum a speciali colligitur, quaedam esse peccata quorum reatus non est aeternus, qui si in hoc saeculo, id est in hac mortali vita non remittitur, remittetur tamen in futuro. Visum est enim sanctis & orthodoxis tractatoribus ociosum non esse quod Christus signanter addit nec in futuro. Haec enim particula habundaret, nisi quaedam in futuro saeculo remitterentur, vt quando Christus Ioan. xvij dixit, Regnum meum non est hinc, & regnum meum non est de

y ij

hoc

hoc mūdo, sancti patres dicunt, q̄ Christus sit cōfessus se ha-
bere regnū. Non enim fas est dicere, q̄ saluator aliquādo,
aut alicubi sophisticē, aut nugatorie quicq̄ sit locutus, sic ar-
gumē, Aug. xxi. de ci. dei ca. xxiiij. Aug. verba sunt. Nā pro
defunctis quibusdā vel ipsius ecclesiæ vel quorundā priorū
exauditur oratio, sed pro ijs quorū in Christo regeneratorū
nec vsq̄ adeo vita in corpore male gesta est, vt tali misericor-
dia iudicētur digni nō esse, nec vsq̄ adeo bene vt talem mise-
ricordiam reperiātur necessariā non habere. Sicut etiam facta
resurrectione mortuorū nō deerūt, quibus post pōenas quas
patiūtur spiritus mortuorū impartiat̄ur misericordia, vt in ig-
nem non mittantur æternū. Neq̄ em̄ de quibusdā veraciter
diceretur, q̄ nō eis remittatur, neq̄ in hoc sæculo, neq̄ in fu-
ro, nisi essent quibus, & si non in isto, tamen remitteretur in
futuro. Ex eodē ca. similiter argu. Greg. iij. dialogorū capit.
xxxvij. Greg. verba sunt. Ex quibus nimirū sentētijs constat
quia qualis hinc quisq̄ egreditur, talis in iudicio præsentat̄ur.
Sed tamē de quibusdā leuibus culpis esse ante iudicium
purgatorius ignis credēdus est pro eo, q̄ veritas dicit. Quia
si quis in sancto spiritu blasphemā dixerit, neq̄ in hoc sæcu-
lo remittitur ei, neq̄ in futuro. In qua sententia datur intelligi
quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam vero in futuro posse la-
xari, quod em̄ de vno negatur consequēs intellectus patet,
quia de quibusdam cōceditur. Sed tamē (vt prædixi) hoc de
paruis minimisq̄ peccatis fieri posse credēdū est, sicut ē assi-
due ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatū curæ rei
familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui a culpa
qualiter declinare debeant sciunt, aut non in grauibus rebus
error ignoratiæ, quæ cuncta etiā post mortē grauāt, si adhuc
in hac vita positis minime fuerint relaxata. Similiter beatus
Bernardus sermone. lxxvi. super cātica disputās contra quos-
dam novos sui tēporis hæreticos ex eodē ca. sumit argumē-
tum Bernardi verba sunt. Non credūt autem ignē purgato-
rium restare post mortē, sed statim aiā solutā a corpore vel
ad requiē transire vel ad dānationem. Quærāt ergo ab eo q̄
dixit quoddā peccatū esse quod neq̄ in hoc sæculo neq̄ in
futuro

futuro remitteretur, cur hoc dixerit, si nulla manet in futuro remissio purgatione peccati: lam vero qui ecclesiam non agnoscunt, non est mirum, si ordinibus ecclesie detrahunt, si instituta non recipiunt, si sacramenta continent, si mandatis non obediunt. Et quod sequitur ex dictis Bernardi notatu dignum est, quia multi hoc tempore videntes episcoporum, & sacerdotum malam vitam videntur efficaciam ministerii in dubium reuocare: Ber. Peccatores (inquit) sunt apostolici, Archiepiscopi, presbyteri, ac per hoc nec dandis, nec accipiendis idonei sacramentis, & confessor ostendit de Caipha & Iuda traditore falsum esse, quod asserunt mala vita ministrorum euacuari vim sacramentorum.

Asserit etiam Aug. in enchiridio ca. cx. dicens, Tempus autem quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est animas abditis receptaculis continet, sicut vnaqueque digna vel requie vel eterna pro eo quod sortita est in carne dum viveret. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari cum pro illis sacrificium mediatoris offerunt vel eleemosynae in ecclesia fiunt, sed eis haec profunt quae tunc viuerent, ut haec sibi postea, prodesse possent meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, ut non regeat ista post mortem nec tam malus ut ei non profint ista post mortem. Est vero talis in bono ut ista non regeat, & est rursus talis in malo, ut nec his valeat cum haec vita transierit adiuuari, quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem se speret, quod hic neglexit cum obierit apud deum promereri. Nota istud contra id quod M. dicit in purgatorio esse statum merendi & augendi charitatem, & infra idem Aug. Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quaecumque eleemosynarum pro baptisatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt. Pro non valde malis propitiationes sunt. Pro valde malis, & si multa sunt adiumenta mortuorum qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus autem profunt, ad hoc profunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Haec ille, Similia dicit in lib. de cura agenda pro mortuis ca. finali.

Hic atten

Hic attēde q̄ Aug. vocat valde bonos eos, q̄ recedētes de corpore nullū habēt impedimentū, vt qui p̄ martyriū vitā finit aut post baptisimū nullū peccatū cōmiserūt, aut tā sancte vixerūt, vt pro peccatis in hac vita sufficiēter satisfecerint inter quos nihil prohibet aliquos esse minori gloria dignos q̄busdam sub. ij. membro comprehensis.

Meminit & Ori. homilia. xxv. super numeros purgatiōis quæ fit post mortē & quibus dā alijs locis, sed eius testimoniu in hac re minus est idoneū, q̄ videatur asserere more platonicoꝝ omnē poenā etiam futuri sæculi esse purgatoriā, & mittit aliquos purgādos in. ij. sæculo aliquos etiam in. iij. Immo & ipsum diabolū, & angelos eius post grauiora promeritis, & diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos atq̄ sociādos sanctis angelis credidit, sed illum teste August. xxi. de ciui. dei. ca. xvij. & propter hoc, & propter alia nōnulla non immerito reprobauit ecclesia.

Secūdo nō paruū est in hac re argumentū ecclesiæ sanctę auctoritas, q̄ orat & semp̄ orauit pro quorundā defunctorū aiabus, adeo vt illius ecclesiasticę obseruationis solēniter meminēt Diony. ariopagita in lib. ecclesi. Hierarchie ca. finali, Et qd̄ fortius ē in sacro sancti altaris sacrificio specialis & ḡnalis fit memoria defunctorū. Et ep̄us sacerdotē ordinās specialiter ei iniūgit, & potestare tradit celebrādi p̄ uiuis & defunctis

Tertio cū deus post mortē vnicuiq̄ reddat secundū opa sua & quidā mortui habeāt opa digna regno cœlesti, & vita p̄petua, & tamē ferāt secū quædā alia opa mala, sed venialia in hac vita nō emēdata neq̄ punita, oportet esse tēpus purgationis, in quo deus retribuit secundū opera mala venialia, quod tēpus nō potest neq̄ succedere neq̄ cōcurrere cū vita æterna, debet igitur præcedere. Nec obstat si dicatur, q̄ ista redditio secundū merita operū fieri debeat in die iudicij siue in die domini, vt dicit apost. quia dies hoīs secundū Chryso. est tēpus vite presentis, dies vero domini est tēpus post mortem vsq̄ vltimū ḡnale iudiciū, inter quē & diē mortis recipiunt purgādi iuxta opa sua mala venialia. Vel si dies domini nullus alius est dicēdus, nisi dies extremi iudicij tūc reddet
Christus

Christus unicuique secundum opera sua, quae tunc inueniuntur
aut non remunerata sufficienter vel punita.

DE INDVLGENTIIS.

Veniāmus tandē ad articulū dilatū, videlicet de indulgē-
tijs quo dicit Mar. q̄ indulgētiā nihil aliud sunt, q̄ relaxatio
pœne arbitrio sacerdotis vel canonū pœnitentiāliū impositę,
cū supra monstratū sit q̄ sacerdos relaxat culpā & pœnam
deo debitam, non ex impositione canonum, sed secundum di-
uinam iustitiā, & q̄ ad aliquam talem pœnam pro pecca-
tis deletis remanet pœnitens obligatus, satis patet falsitas hu-
ius articuli. Hunc tamen articulum, q̄ videlicet indulgētiā
sunt solum relaxationes pœnarum canonicarum sæpius re-
petit M. & est ipsi in multis articulis suis sicut principium in-
demōstrabile, aut sicut conclusio demōstrata, tñ pro elucidati-
ōe materiāe paulo altius repetendū est, q̄ & q̄les sint veniāe

Sint itaq; optimi pōtiffices qui quærāt primū regnū dei et
iustitiā eius, honorē dei, salutē gregis & suā solū curēt, a prin-
cipe pastoz Christo, p̄ pastorali cura inmarcessibilē gloriā
coronā expectēt. Sit populus pius sanctus euangelicā legē
seruās q̄tū hūana fragilitas patit̄ adamussim, q̄ oēm hominē
ecclesiāe corpori desyderet adiūgi, & q̄ neminē sine grādi do-
lore sēriat diuelli, sit zelus & vigor disciplinę. In p̄latis aucto-
ritas, in subditis obediētia, sit iustitia pie seuiēs & pietas nō

In tali populo (quia nō peccare diuinū est) labi-
mur nō nulli imo multi in facinora & flagitia, quos iustitia,
& zelus disciplinę separat, pietas recolligit.

Huic multitudinī in terris cœlestē vitam ducēti princeps
est Christus, verus deus verus homo, ex deitate creator, ex
humanitate redemptor, qui licet hanc multitudinem non de-
ferat, cui dixit, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq;
ad consummationem sæculi, tamen quia corpore absens
futurus erat secundum quod dicit Pe. in actibus apostolo-
rum. Quem oportet quidem cœlum suscipere vsq; in tem-
pora restitutionis omnium, reliquit & p̄fecit operis sui vica-
rios apostolos, in quorum locū succedūt episcopi & sacerdotes

Hinc

Huic multitudini dedit ordinem & leges, vt sit ipsa populus non turba incondita distinguens & ordinans per gradus & iuncturas subministrationū ad ædificationē corporis sui distribuens vnicuique, sicut ei visum est.

Huius multitudinis virtutē præcipuā constituit in ordine ordinans in ea charitatē, & ordine custodito est exercitui diaboli terribilis, vt castrorū acies ordinata.

Huius multitudinis dignitas nobilitas, adoptio, imo vita, abscondita est cum Christo in deo suo tēpore reuelanda, sicut dicit Ioānes apostolus. Filioli, filij dei sumus & nondū apparuit quid erimus, & mundus nos non cognouit, quia non cognouit deum.

Huius multitudinis merita promissa, & præmia nō corporalia sunt, sed incorporalia, non carnalia, sed spiritalia, nō presentia, sed futura, nō visibilia, sed inuisibilia.

Huius multitudinis ordo inuisibilis pro tēpore peregrinationis imperturbatus quidē est, sed mortalibus fere occultus exceptis ijs quibus placuerit deo reuelare.

Huius multitudinis seruitus & libertas & vincula inuisibilia sunt visibilibus ministris & sacramētis significata, collata, conseruata, consummata.

Ad huius multitudinis inuisibilem ordinem a visibilibus ministris per visibilia sacramenta inuisibili virtute prædita assumuntur qui hanc ciuitatem ingrediuntur.

Lapsi ab hoc ordine, hac ciuitate, hac domo, hoc templo, hoc corpore per liberi arbitrij vertibilitatē inuisibili Christi gratia reuocantur per visibiles ministros & sacramēta visibilia anteq̄ lapsus & auersio obstinatione sigilletur.

In redeuntibus sacerdos visibilis summi sacerdotis Christi legatus inuisibilem culpæ maculam, inuisibile peccati reatū & inuisibilis dei offensam, dissoluit potestate inuisibili.

Sacerdos visibilis impoenitētes, aut minus digne poenitētes inuisibili vinculo ad poenā inuisibilem ligat, dum taliū peccata tenet, & tales in suis peccatis ligat, indignos potestate sibi tradita nō modo excludens a regno cœlorum, sed modo quodā includens sub tyrannide principis inferiorū. Nec hoc debet.

debet videri crudele aut impiū, cū in huiusmodi sacerdos di
uinae iustitiae cōcordet, & cōoperetur praesertim cū hec seue
ritas sit in salutē eorū qui ligātur, quibus melius est sic arceri
q̄ indigne sacris admitti, qui & hac seueritate reducūtur ad
mentē dum eis vexatio dat intellectū quo perpēdant, q̄ ma
lum sit eis reliquisse fontē aquae viuae.

Sacerdos visibilis soluit vincula, non solū quae ipse fecit,
sed etiā alia, atq; aliūde cōtracta, vt votorū & iuramētorum,
vel saltem peccatorū, quoniam ihs vinculis vnusquisq; sua vo
luntate, & dei lege cōstringitur, & ligatur.

Pro istis duobus vltimis dictis facit Chry. vt supra allega
tum est lib. iij. de dignitate sacerdotali ca. v. vbi dicit. Habent
quidā & principes mūdi vincēdi aliquā potestātē, sed qua in
solis corporibus licet. Hoc autē vinculū quod sacerdotibus
cōmissum est ipsam cōtingit animā, allegat in vim probatio
nis verbū Christi Ioan. vlti. Quorū remisistis &c. & subdit,
quē potest inueniri maior potestas omne iudiciū dedit pater
filio, & hoc video a filio sacerdotibus totū esse commissum;

Hic nota q̄ signāter dicit, q̄ illud vinculū cōmissum sacer
dotibus attingit animā, vt scilicet eā liget vel ligatā soluat, nō
declarādo vel praecipēdo solū, quia hoc modo nō esset diffe
rētia, quā intēdit ponere inter potestātē principū mūdi, & po
testatē sacerdotālē, quorum rationabilē declarationē, & legi
tima praepcepta deus etiam ratificat.

Huic cōcordat quod dicit Amb. lib. i. de poenitētia ca. ij. Ece
lesia in vtroq; seruat obedientiā, vt peccatū & alliget & re
laxet. Hēresis in altero immittis & altero inobediēs vult liga
re, quod nō resoluat, nō vult soluere quod ligauit, in quo se
sua dānat sentētia. Dominus em̄ par ius & soluēdi esse volu
it, & ligādi, qui vtrūq; pari cōditione permisit, & infra, quo
modo igitur potest alter licere, alterū non licere, si quibusdā
datum est vtrumq; licere, aut vtrumq; non licere. Certum est
ecclesiae vtrumq; licere.

Hic habes q̄ aequalis sit potestas ligādi, & soluēdi pecca
tum, & q̄ ecclesia prius ligat eundē quē postea soluit.

Pro eodē facit, quod supra allegatū est ex epistola, Augu:

ad Honoratū. Quātūm exitum sequitur eos qui de saeculo
exiunt vel non regenerati vel ligati.

Pro eodē facit quod Leo papa scribit epistola. lxxvij. vbi lo-
quens de sentētia excōmunicacionis dicit. Nulli Christiano
rū facile cōmunicatio denegetur, nec ad indignatīs fiat hoc arbi-
trium sacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus, &
dolens quodāmodo debet animus vindicātis. Cognouimus
em̄ pro cōmissis & leuibus verbis quosdā gratia cōmunicō-
nis exclusos, & animā pro qua Christi sanguis effusus est ir-
rogatione tā seui supplicij sauciātā, & incernē quodāmodo
exutāq; om̄i munimine diabolicis incurribus, vt facile cape-
retur obiectam.

Hic attēde q̄ licet Leo loquatur de sentētia, quā non dis-
crete irrogatur, tamē bene declarat effectū excōmunicatio-
nis, quā vocat seui supplicij. per quā anima sauciatur, exar-
matur, & munimine omni exuitur.

Nolo mihi dicas, quomodo potest homo alterius hominis
peccata tenere, aut animā ligare. Audis ex euāgelio, quia li-
gat & tenet, soluit & remittit, si intelligis quomodo remittit
& soluit, intellige etiā quomodo ligat & tenet, si credis q̄ sa-
cerdos euāgelicus inuisibile peccati vinculū tollit, licet mo-
dū nō intelligas, cur nō credis similiter q̄ peccatorē inuisibi-
li vinculo liget. Præcepit Christus apostolis, vt Lazari vitæ
redditū soluerēt & sinerēt abire, præcepit alibi ministris, vt
hoiēm nō vestitū veste nuptiali ligatis manibus & pedibus
proijcerent in tenebras exteriores. Sacerdos dei minister est
tam in his quæ iustitiæ & seueritatis, q̄ in his quæ sunt pie-
tatis & clemētiae. Sacerdos em̄ sua potestate legitime vtitur
secundū q̄ a deo mouetur, & in huiusmodi nō ducitur pro-
prijs animi sui motibus alias recederet ab ordine sibi diuini-
tus tradito, vt dicit Dionysius in lib. ecclesiasticæ Hierarchie
cap. finali. Cum ergo deus peccatores per iustitiæ seueritatē
liget, cur non etiā dei minister hoc faciat. Non est discipu-
lus supra Magistrū, nec seruus supra dominū suum, & si re-
ste Hiero. episcopo suo non debet sacerdos velle videri cle-
mentior, q̄to minus deo suo.

Huius

Huius populi & ciuitatis patres & principes, imo & singuli ciues in commune spirituale erariū conferūt quicquid acquirunt, cuius particeps est pro captu suo vnusquisq; timentiū deū, in hac em̄ ciuitate debēt sicut ait Pau. parētes filijs thesaurizare, quos ad Corin. scribēs alloquitur dicēs Libēter impendam & superimpēdar pro animabus vestris, huius ciuitatis ciuibus adhuc in terra peregrinātibus Pe. promittit, q̄ eos habebit in memoria frequēter post obitū suum Ad hos dicit Pau. q̄ vnus habundātia alterius indigentiam suppleat, vt fiat equalitas in hoc tēpore. In hac ciuitate nemo quærīt quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Nemo sibi. viuīt, aut sibi moritur, sed ei qui pro omnibus mortuus est. & resurrexit, ad hos ciues dicit Pau. Nemo gloriētur in hominibus, om̄ia em̄ vestra sunt siue Pau. siue Apollos, siue Cephas siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsētia, siue futura. Oīa ei v̄ra sunt vos autē Christi, Christū autē dei. Hęc ciuitas dicit Si deus p̄ nobis quis cōtra nos? q̄ etiā proprio filio suo nō pepcit, sed p̄ nobis oibus tradidit illū, quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet?

In hoc populo, ciuitate, domo, corpore vnusq; recipiet secundū propriū laborē, vnusq; propriū onus portabit, vnicuiq; reddet Christus secundū opera sua, singuli recipient singulos denarios, vnusq; recipiet pro vt gessit in corpore siue bonū siue malū. Vix iustus saluabitur, Sapiētes virgines stultis de oleo suo nihil communicant.

Hęc duo diuersa nō aduersa sunt, vtrūq; verum est, quia vtrumq; scriptū est, sed intellectore requirit. Quædā em̄ iustitia est qua vnusquisq; iustus est, in qua q̄ eā habuerit viuēt quæ in p̄nti vita inchoatur in futura perficitur. Inchoata iustitia meritū, cōsummata premiū est, in ea accipiūt singuli singulos denarios, & diuersas sortiūtur mansiones in domo patris cœlestis, vnusquisq; secundū propriū laborē, in ea est alia claritas solis, alia lunæ, alia stellarū, & stella a stella differt in claritate. Est alia iustitia siue potius vt verius loquar) eiusdem iustitiæ alius fructus, qui in alios cōparticipes redūdet ac de

riuetur secundū quē, quidā recipiūt in aliena tabernacula eorū quos amicos sibi fecerūt de māmona iniquitatis, secundū quē vnus alterius iustitię particeps est, vnus habūdantia alterius indigentiā supplet, secundū hūc modū parcit dominus populo peccatori propter Abraā, Isaac, & Iacob, saluatur Lot propter Abraā, Nō periret zodoma, si haberet decē iustos, seruatur ipsi Ierobaā pars regni propter Dauid, Ipsa ciuitas Hierusalem, & Ezechias pius rex propter Dauid non traditur in manus regis assyriorum.

Ista quare nō sint parabola tēporis nostri, Omnia (inquit Apostolus) illis cōtingebāt in figura, scripta sunt autē propter nos, quis neget noui testamēti patres tantū posse meritis suis in ereptione filiorū, quos in euāgelio genuerūt ab inuisibilibus pœnis, q̄tum patres veteris testamēti in ereptione posteritatis a pœnis vsibilibus. Cur igitur nō cōmunicentur bona patrū filijs, & fratribus indigētibus ab eo qui facit misericordiā in milia his, qui diligūt eum maxime cū in bonis etiā corporalibus in ecclesiā inuio patres nullum sinerent egere, sed distribuebatur vnicuiq; sicut ei opus erat.

Illa participatio fructus aliēne iustitiā duplex est. Vna generalis cōmunis om̄ibus sanctis secundū q̄ dicitur in articulo fidei credo cōmunionē sanctorū, & psalmista, Particeps ego sum oim̄ timentū te, & Pau. Ephesijs scribēs dicit, Gentes cōparticipes & cōcorporales promissionū factas. Altera participatio est specialis secundū quā quibusdā prodest aliquo modo qualiter nō prodest alijs, puta ijs quibus specialiter applicatur diuinitus aut ab eis quibus deus cōmisit. Istud probat antiquissima & fundatissima ecclesiā sanctā cōsuetudo in qua pro quibusdā specialiter oratio fit, & sacrificiū offertur, quæ etiā nō solū sanctorū præcibus, sed & meritis petit iuuari. Q̄ si quis audeat hanc cōsuetudinē dānare, vt irrationabilem redarguet eum apostolus, qui non solum speciales pro seipso orationes a fidelibus exigit, sed etiam pro quibusdā specialiter dicit se facere mentionē in orationibus suis, licet ḡnalter suppleat ea, quæ desunt passionum Christi pro corpore eius quod est ecclesiā. Refert etiā sanctus Lucas in

cas in actibus apostolorū, q̄ cum Petrus esset in vinculis ec-
clesia orabat sine intermissione ad deum pro eo.

Si quæras in quo differat generale & speciale participiū,
& honorū cōmunicatio, quæ & qualis sit. Si dicā me igno-
rare, nūquid ideo nō esse dicturus sum? quia qualis & quā-
ta sit nō capio. An audebo meipsum præferre vel æquari ei,
qui supra pectus domini recūbens euāgelij flucta potauit, q̄
cū seipsum nesciētibus cōnumeret, tamē cōfidēter loquitur.
Filioli nūc filij dei sumus & nondū apparuit quid erimus, q̄
& multū cōmendat societate quā habet fideles cū patre & fi-
lio. Ea quæ scio minima pars eorū sunt, quæ nescio etiā in his
quæ rationis humanæ inquisitioni subsunt, q̄to magis in re-
bus diuinis. Nihilominus maiorū sequēdo vestigia dici po-
test bonū opus duo in se habere. Vnum quo operantē hone-
stat, perficit, & dignificat, ad capiendā diuinitus promissam
hæreditatē, & vt illi ciuitati quā de cœlo expectamus faciat
idoneū, qui numero ciuiū eius ascribatur, & vt in illa do-
mo nō manufacta in qua mānsiones multæ sunt habeat pro-
priā mansione, atq̄ in illo corpore, cui caput est Christus, ve-
niat ad suā iuncturā, ac in illo tēplo alijs viuis lapidibus coe-
dificetur. seruato ordine pulcherrimo diuinitus instituto, vt
in domo veri Salomonis nihil æque miretur vera regina sa-
ba, sicut ordinē ministrorum eius.

Hic vtcūq̄ videre datur illud cōmune & generale parti-
cipiū omniū quos inhabitat spiritus sanctus atq̄ omniū habē-
tium charitatē. Eo dirigebat acie illa aquila grādīs, cū diceret
Filioli filij dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus, &
Pau. cū desyderaret in Christo inueniri nō habēs suā iustitiā,
quæ ex lege est, sed eā quæ ex fide Iesu Christi, & corpore
agens, in terris mēte versabatur in cœlis, & flecebat genua
ad patrē domini nostri Iesu Christi, vt fideles intelligenēt illu-
minatis oculis cordis, quæ sit spes vocationis eorū in sanctis
Et qui hanc rem vtcūq̄ vidēt desinūt mirari, q̄ sancti patres
excōmunicationem tāti fecerint, & anathema fieri a Christo
& ecclesia omni exilio, & omni corporis morte grauius es-
se arbitrati sunt. Desinūt etiā mirari, cur extra ecclesiā non sit
remissio

remissio peccatorū, & quod ait diuus Cypri: huius cōpagis
& vitionis limpidissimus cōtēplator atq; ardētissimus ama
tor, extra ecclesiam nec martyria pro Christo posse prodesse,
Hāc vt arbitror fuerat intuitus Aug. cū post initia cōuersio
nis deposito erroris velamine, nō faciabatur cōsiderare altitu
dinē diuini cōsiliij super salute generis humani. Item cū alibi
dixit q̄ bonus filius amplius matrem diligit, quia in Christo
soror ex patre deo & matre ecclesia, q̄ quia sua mater est, &
ediuerso boni parētes affici debēt erga liberos suos. Hāc in
tuitus videtur fuisse Chry. cū dixit q̄ ab illa societate diuelli
omni geenna acerbius & intolerabilius existimaret.

Cum igitur visibilis sacerdos legitime suo functus offi
cio Christianū anathematizat, prius quidē aliquo modo in
uisibiliter separatū, visibiliter simul & inuisibiliter amputat
& ligat, atq; e ūdem postea resipiscētē, & ad cor redeūtem
& contritū spiritū, iam aliquatenus inuisibiliter solutum, &
alijs vnitum, tamen nondū omni inuisibili vinculo liberatū,
visibilis sacerdos absoluit, & supradictę ciuitatis, domus, tē
pli, corporis, communioni restituit velut ab exilio in ciuita
tem reducens, domesticorū iuri restituens, & templi structu
rę denuo coaptans, membrum a corpore seiunctum ad suā
reducit iuncturam, vt deinceps ciuilitate, familia, templo, vi
ta corporis potiatur.

Et licet quādoq; fallatur sacerdos visibilis, qui cor nō in
tuetur, vt separet, nō separandū, aut copulet, nō copulandū,
verūtāmē dū prudēter potestātē exercet, nec obstat subiecti
dispositio vere ligat & soluit, claudit & aperit, remittit & te
net, nō solū foris & corporaliter ac visibiliter, sed etiam intus
spiritualiter & inuisibiliter, quod propterea diligēter notādū
est, quia aspiciētī alterū tantū facilis est lapsus in errorē. Qui
em̄ ad sola inuisibilia aciem dirigūt omnia fidei inuisibili tri
buentes, visibilibus ministris & mysterijs derogant. Econ
trario vero qui affixi sunt oculis rebus corporeis & visibili
bus, ipsa inuisibilia, quæ istis esse substantiā, vitam & effica
ciam tribuūt non cōsiderantes, nimium arrogant visibilibus
ministris & mysterijs, Catholica vero doctrina vtrāq; copu
lat suū.

lat suū cuiq̄ tribuēs, vt sicut in homine, nec corpus solū. nec anima sola, sed ambo simul coniūcta hominē faciūt, & sicut anima sine corpore subsistit, & nō eōuerso corpus sine anima, sic in sacramētis inuisibilis virtus a visibili mysterio separabilis est, & sine eo haberi p̄t, & nō ediuerso. Nā & p̄ malos ministros spiritus sanctus hoīm salutē opatur. Per multos enī opatur quos nō inhabitat, quod q̄ nō attēdūt iterū in errorē labuntur dicētes, per malos celebrata mysteria esse inania & virtute vacua. Catholica autē veritas nouit, q̄ per malos ministros deus electorū salutē operetur. Nec ob ministri maliciā suā potentiā subducit spiritus sanctus, quēadmodum ad opus adulteri quo deus offenditur, tamē hominē ad esse perducit, corpus format, animā infundit, oportet quidē sanctū esse hominē & legitimo matrimonio copulatū, qui hominē seminaturus est, tamen & per non sanctum diuina bonitas opus suum facit ita, vt plerumq̄ boni cōiuges liberos habere desyderent nec valeant. Adulteri vero non cupiant qui id agentes, vnde nasci solent tamen assequuntur. Similiter mali sacerdotes generādis deo hominibus adhibitis sacramētis id efficiunt, quod boni laici cupiūt quidē, sed non valent.

Pro eo quod supra dictū est, q̄ fidelis in peccato mortali aliquo modo est inuisibiliter ligatus & separatus, quia funibus peccatorū suorū constringitur, & pedem posuit in rete inimici, a quo & trahitur in funiculo vanitatis, & nihilominus adhuc est aliquo modo solutus, nō in totum inimici potestati traditus, nec omnibus modis a Christi corpore inuisibiliter separatus. Nota q̄ dicit Cy. in lib. de oratione dominica circa petitionē. Panē nostrū & c. vbi dicit. Peccatori fidelis in aliquo grauiori delicto cauendū ne abstētus a Christi corpore separetur, qui tamē ipso grauiori delicto qd̄ habet iam inuisibiliter separatus est. Cy. verba sunt. Hūc panē dari nobis cotidie postulamus ne qui in Christo sumus & eucharistiā cotidie in cibū salutis accipimus, intercedēte aliquo grauiori delicto, dū abstēti & nō cōmunicantes a cōlesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur, ipso prædicāte & mouēte, Ego sum panis vitæ, qui de cōelo descendi;

Pro

Pro eodem facit quod dicit Hilarius. Si non tāta sunt peccata, vt quis excōmunicetur a medicina corporis & sanguinis domini non debet prohiberi.

Hic aduerte differentiā inter peccantē cæteris paribus eodē genere peccati, qui nondū est de corpore mystico ecclesie, & alterū qui fuit in corpore, sed est anathemate separatus, & tertiu qui adhuc est de ecclesie corpore. Iste cū illis in hoc cōuenit, q̄ non viuificatur spiritu corporis, sed in hoc differt q̄ adhuc sustinetur cōmuni cōpage membrorū, atq; matris ecclesie sinu cōfouetur, ex qua coniūctione multo est salutis vicinior, qui ciuilitate nōdum priuatus, nec adhuc in exiliū deportatus, & de structura templi ecclesie, nondū extractus ac iuncturā suā in corpore aliquatenus retinet cū mēbris vī

Pro isto facit quod dicit Aug. lib. de verbis domini (uis sermone. xlix. Christus caput ecclesie est, & ecclesia corpus eius, & in eius corpore vnitas membrorū, & cōpago charitatis, tanq̄ sanitas existit. Quicūq; autē in charitate frigescit infirmatur in corpore Christi, sed potēs est ille qui iam exaltauit caput nostrū etiā infirma mēbra sanare, dū tamē nō nimia impietate præscindatur, sed hæreāt corpori donec sanentur q̄ quidem adhuc heret corpori nō desperate sanitatis est, quod autē præcisum fuerit nec curari nec sanari potest.

Ex his aliquo modo potest perpēdi, quæ spiritualia comoda amittat excōmunicatus, quæ nō amittit qui nondum est separatus, & qualiter particeps est cōmuniū ecclesie suffragiorū non autē duo priores. Nam quādo ecclesia dicit. Pater noster pro omnibus filiis regeneratis, quia secundū Cy. & Aug. hanc orationē dicere regeneratorū est istū tertiu includit, illos excludit quia illi foris sunt, alter est ethnicus, alter habetur tanq̄ ethnicus.

Et quia optimus quisq; in ecclesie nuptijs recūbit in nouissimo loco, & omnia sua opera atq; orationes dirigit ad manum Christi & corporis quod est ecclesia, vt sic grate sint, q̄ priuatim fortasse displicerēt. Etia quia optimus quisq; maxime exiit affectū priuatū & intēdit cōmunibus. Nam priuati affectus tēporales sunt, Cōmunes vero aterni, nomine cōmuniū

muniū suffragiorū nō veniūt ea sola, quæ publice ab eccle-
się ministris fiunt, sed pœne omnia Christianorum suffragia
cōtūuis occulta vel secreta.

Secūdo ex his cōsidera q̄ anathema aliud est, q̄ præceptū
superioris iudicis ecclesiastici de vitādo talē. Præceptū enī
præsupponit separationē, & ipsa separatio præcepti obligati
onē antecedit. Vnde stādo in limitibus diuini iuris nō est cō
municandū taliter separato in his, q̄ per se pertinet aut sequū
tur cōmunicationē in spiritali regeneratione fundatā, & su
per vnitatem ecclesiasticam.

Tertio patet quare excōmunicatus per vnū episcopū ec-
clesiæ catholicę ab omnibus de ecclesia vitandus est, nec illi
aue dicendū, vt Ioā. in canonica scribit. Et frustra queri, quo
modo potest episcopus præcipere nō subditis suis, cū neque
at excōmunicare nisi subditū suū, quia quādo episcopus ex
cōmunicat nō eijcit eū de diocesi vel parochia sua, quæ solū
est pars mystici corporis, sed separat eū ab ipso corpore. Ne
q̄ euitādu est in vigore præcepti excōmunicātis, sed Christi
q̄ talē habendū præcepit sicut ethnicū & publicanū.

Quarto vides rationē quare quādā p̄sonæ exceptæ sint,
quibus licitū est anathematizato cōmunicare in quibusdā p̄
tinētibus ad particulares quāsdā cōmunicationes, cōmunio
ni quæ cōsequitur fraternitatē regnatorū imprinētes, atq̄ ab
ea separabiles, vt est cōmunicatio patris & filij, viri & vxo-
ris, domini & serui, quæ sunt de iure naturæ vel gentium, &
cōmunes sunt regeneratis, & non regeneratis, de quibus in
capi. quoniam multos. xi. q. iij.

Quinto forsūtā ista est causa propter quā doctores dicūt,
q̄ excōmunicato in diuinis cōmunicare sit mortale pecca-
tū eo q̄ diuina secundū se respiciūt cōmunionē regnatorū,
per quam regenerationē adoptantur in filios, & hæredes, ac
diuinæ naturę participes efficiūtur, a quo participio directe
excludit anathema.

Sexto habetur etiā ratio quare liceat peccatoribus cōmu-
nicare in diuinis q̄diu tolerātur in ecclesia, aut ex ea parte,
qua tolerātur, quia q̄diu tolerātur tā diu eos ecclesię cōmuni

tas sustinet, cuius benignitate ad poenitentiam adducuntur, aut saltem propterea non separantur, ne sua separatione alijs noceant, & maior scissura fiat, quẽadmodum in simili dicit Aug. i. de ciui. dei. capi. viij. Si propterea quis obiurgadis & corripiendis male agentibus parcat, quia oportunius tempus inquirat, vel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam erudiendos impediunt infirmos alios, & pramant, atq; euertant a fide non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Addidi aut ex ea parte qua tolerantur propter excommunicatos generali sententia iuris vel hominis, quos euitare non tenemur in diuinis propter causam supra dictam secundum q̄ declaratum est in consilio constantensi.

Septimo quia excōmunicationis sententia medicinalis est, sicut regulariter poenę, quæ a deo vel ecclesia infliguntur medicina quædam sunt viatoribus, & quia ecclesiæ intentio est per hanc horribilem separationem excōmunicatum tandem reducere ad vnionem, vt recurat ad matris suæ gremiũ, aut saltem si omnino peruersus sit, & obstinatus minus nocere valeat alijs, quod etiam ei cedit in bonum, eo q̄ malis potestate peccandi carere bonum sit, iuxta verbum Augusti. Voluntate mala quisq; miser est, sed miserior potestate implendi quod male voluerit, hinc est q̄ excōmunicati admittuntur ad ecclesiam pro audiendis sacris lectionibus veteris & noui testamenti, aut episcopum vel sacerdotem concionantem etiam secundum ritum primitiuae ecclesiæ.

Ex istis videri potest q̄ non sit omnino verum quod M. dicit in sermone de excommunicatione, diuidens excōmunicationem in spiritualem & corporalem, & dicens q̄ spiritualis communicatio est in fide, spe, & charitate, Corporalis vero participatio eorundem sacramentorum, id est signorũ fidei, spei, & charitatis. Est enim tertia cōmunio, cuius participes sunt nondum ab ecclesia excommunicati, & quia malum posuit principium in fundamento consequenter infert male, q̄ ecclesiastica excommunicatio est duntaxat externe communionis priuatio, Secundo male infert q̄ excommu-
nicari

nicari non est animam tradi diabolo, neq; priuari bonis ec-
clesiæ cōmunibusq; orationibus eiusdem. Et vltorius q; ex-
communicatio si iusta est significet potius animam esse dia-
bolo traditam, & ecclesiæ cōmunionē spirituali priuatam.
Et vltorius q; excommunicatio sic est temporalis & corpo-
ralis, vt tamē ordinetur non contra, sed pro cōmunionē in-
teriore vel reparanda, si iuste lata fuerit, vel augenda si iniu-
ste. Et consequenter non recte infert, q; sententiā excommu-
nicationis sit lex quaedam.

Hac enim non recte dici patet attente consideranti supra
dicta, ex quibus habetur, q; deus per ministros ecclesiæ ali-
quid facit, quod vsq; ad animam attingit tam soluendo quā
ligando, tam peccata retinendo quam remittendo. Et osten-
sum est, q; sacramenta non tantum significant, sed habent ef-
ficaciam inuisibilem, & puto q; apostolus quādo quosdam
tradidit sathanæ, vt discant non blasphemare non solum cor-
pore, sed etiam secundum animam eos diabolo subiecerit, q̄
uis prius iam per proprium peccatum diabolo essent man-
cipati. Potest enim diabolo mancipatus amplius mancipari
secundum q; de Iuda proditore scribitur, q; accepta buccel-
la introierit in eum sathanas, quem tamen prius possidebat.

Ex his etiam perpende quam periculosa non solum falsa
sit, Marti, sententiā in libello de ratione confitendi capitu. xij
vbi dicit, Cum excommunicatio sit mere pœna & non cul-
pa, quando propter iter vel pauperiem necesse sit differre sa-
tisfactionem, debet cōfitens si petat absolui ab omnibus pec-
catis suis, & pro vinculo excommunicationis remitti postea
ad episcopū, cum certum esse debeat excōmunicatum inca-
pacem esse absolutionis, nec licere cuiq; ei cōmunicare stan-
te vinculo maxime in diuinis, & cessante articulo necessita-
tis mortis verisimiliter instantis, quo casu vinculum iure
diuino & humano communi, aut tollitur, aut sopitur in quo
casu cum non loquatur Marti, attende quale scandalum po-
nit pedibus simplicium sacerdotum, vel religiosorum, aut
etiam laicorum, vt putent nihil aliud esse absolui ab excom-
municatione, quam habere animum officialis & putent

etiā interim eis nō esse cessandū a sacris & sacramētis. Vnde
Gre. ix. registri ca. xxxix. ad ppositū inqt. Si vero sunt q dicūt
qā cōpulsus quispiā necessitate si anathematizatus fuerit,
anathematis viculo nō tenet, ipsi sibi testes sunt, qā christiani
nō sunt, q ligamēta sanctæ ecclesiæ varijs se existimāt conati
bus soluere, ac per hoc nec absolutionē sanctæ ecclesiæ, quā
præstat fidelibus, verā putāt si ligaturas eius veras esse atq;
valere nō aestimant. Contra quos diutius disputandū nō est,
quia despiciendi per omnia & anathematizandi sunt. Sed ijs
omissis redeamus ad id vnde digressi sumus ad ostendendū
qualis fructus boni operis in alios deriuari valeat, sine detri-
mento operantis, quo ad mercedem retributionis æternæ

Vnde aduertendū est, q opus bonū pœnale ex diuino a-
more procedēs operantē dignificat honestat & perficit atq;
meretur retributionē æternę vitæ pro quo deus operantē re-
munerat nō modo q̄tum meret, sed supra iuxta illud Matth.
v. Merces vestra copiosa est in cœlis, & Luca. vi. Dimittite
& dimittemini, date & dabitur vobis, mensurā bonā, & con-
fertā, & coagitatā, & superefluentē, dabūt in sinū vestrū, &
Matth. xxiiij. Quia supra pauca fuisti fidelis supra multa te
constituā, & ad Ro. viij. Non sunt cōdignę passionēs huius
tēporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis, & ij. ad
Corin. iij. Id quod in p̄senti est momentaneū, & leue tribu-
lationis nostræ supra modū in sublimitate æternū gloriæ pō-
dus operatur in nobis. Ex his & similibus locis sumptū cre-
do quod doctores dicūt deū præmiare vltra condignū, & ni-
hilominus eodē bono opere satisfacit de pœna debita, si que
nō soluta p peccatis restet. Iuxta illud Lu. xi. Date elemosy-
nam, & ecce omnia mūda sunt vobis, & Danielis. iij. Pecca-
ta tua elemosynis redime, & illud apostoli. Exerce te ipsum
ad pietatē. Pietas em̄ ad om̄ia valet promissionē habēs vitæ
quæ nunc est & futuræ, primæ ad Timoth. iij. Eleemosyna
em̄ pœnalis est etiā data hilariter, propter substantiæ diminiti-
onem. Item qui fratri in se peccati iniuriā remittit & emendā
quæ iure debita videbatur, satisfacit quia substantiæ vel hono-
ris vel famæ detrimentū libēter sustinet, quādo dāno vel ig-
nomi-

nomina offendētis emēda reparāda esset. Itē ieiuniū, i. volū-
taria abstinētia a cibo & potu licito & cōcesso, satisfacit in
quo de suo iure cedit homo propter deū abdicās in parte li-
bertatē, rem homini natura charissimā, suę carnī rationabilē
castigationē infert. Hinc sumptū arbitror, quod doctores di-
cunt signāter opere pœnali deo satisfieri pro peccato, huius-
modi opera apud deū æqualiter valēt cæteris paribus in eo
qui alicuius tēporalis pœnę debitor est, & in eo qui nihil de-
bet soluere pro suo proprio reatu, aut quia nullū habet, sed
est innocēs, aut supra q̄ debet in se exercet vindictā quales
multi repertū sunt sancti, qui minima peccata seuerissime in
se vindicāt, vt asserit Grego. tractās illud. Gaudiū est in cœlis
super vno peccatore & c̄. Et de sancta Paula scribit Hieron.
Adde q̄ luctus & afflictio a sanctis volūtarie assumpta pro
peccatoribus qui ad gratiā non redibūt, reuertitur in sinum
operārium, nec sinit dominus perire labores sanctorū suorū,
sicut sanctus Samuel luget regē Saulē, Hieremias hierusalē.
Paulus inter corinthios eos q̄ peccauerūt & nō egerūt pœ-
nitentiā super immūdiā, & fornicatione sua. Luget & iu-
dæos continuo cordis dolore. Sic quilibet sancti lugent non
modo sua peccata, sed etiā proximorum.

In huiusmodi operibus bonis qui recte iudicat duos valo-
res atq; duas efficacias intuetur citra operātis detrimentū se-
parabiles ipsi operātī quādoq; nō applicabiles, vt virgo sem-
per sancta nullū pijs lachrymis sui peccati debitū soluit idq;
magno & excellētī dei dono, quod erat innocēs vita, ipsa su-
is eleemosynis orationibus ieiunijs non est assequuta, quod
dicitur date eleemosynā & ecce omnia mūda sunt vobis. Nō
est in ea factū quod dicit Amb. Lachrymę lauāt delictū, qd̄
voce pudor est cōfiteri. Virgo in cœlis operibus suis condi-
gnam mercedē & supra recepit, iuxta primū & substantialē
atq; vt ita dicā per se valorē suorū operū, siue ea præcepti fu-
erint siue supererogationis. Ipsa cum sit mater omnīū regene-
ratorū fratrū vnigeniti sui alterū valorē, siue secūdā efficacīā
secū nō tulit in cœlū quia nō indiguit, & tñ ille valor aliquis
est, & in domo bene ordinata nihil nō habet vsum suū, quē
admo-

admodū in arte, vel natura. Concludo igitur, Deus illa opera
acceptat tanq̄ satisfactiua & illa non indiget, igitur reseruan-
tur in thesauro domini pauperibus filijs & fratribus spiritua-
libus distribuenda. Ipsa virgo beata, si quid pecuniæ non ne-
cessariæ possideret, ad pedes apostolorū poneret indigentibus
eorū arbitrio distribuendū, & ipsa hanc suorum operū
efficaciā perire sinet, credat qui volet, aut potest, in mentem
meam non cadit. Et quēadmodum dictum est de virgine &
operibus eius, ita dicēdum est de alijs sanctis a primo. Abel
iusto vsq̄ ad vltimum electum, pro q̄to voluntarie amplius
afflictionis sustinuerūt, q̄ suorum peccatorum reatus requi-
rebat. Accipe simile de separabilitate huius duplicis efficacie
Lux solis lucet & calefacit. In corporibus caloris incapaci-
bus, vt sunt cœlestia tamen lumen producit, in alijs vt quæ
non sunt peruiā tantum calorem, in alijs vtrumq̄. Applica
ad propositum.

Item sint duo admoti martyrio verbi gratia Pau, & Cyp:
alter habet aliquid purgandū, quod falce martyrij auferatur,
quod de Cypri, dicit Aug, alter nihil tale purgandū habet, ex
quo sic argumentor. Vtriusq̄ passio est equalis & alterius
sua vi & efficaciam pœnam peccato debitā soluit, alterius non
quia nihil soluendū habet, ergo q̄tum ad hoc aliquid super-
est quod dominus iubet tanq̄ fragmentū: recolligi ne pe-
reat. Si enī de sanctorum capite capillus non peribit conse-
quens est, q̄ nihil ex fructu operum sit periturum.

Dices fortasse quicquid meritorum habēt sancti venit ex
dei gratia & misericordia, & omnes sancti indigent gratui-
ta remissione peccatorum, ergo nihil eis abundat, quod alijs
communicari possit.

Respondeo si argumentum cōcluderet probaret ex meri-
tis Christi non colligi thesaurū ecclesiæ. Nam quicquid ha-
buit Christus secundū eam partem secundū quam meruit,
mera gratia fuit, vt dicit Aug, xij, de trini, ca, xix. In rebus p̄-
tēpus ortis illa est summa gratia, q̄ homo in vnitae personę
coniunctus est deo. Sicut igitur gratia vel misericordia nihil
impedit quin Christus omnibus meruerit, & pro omnibus
satisse

fatiffecerit. Sic pariformiter in sanctis in quibus dei dono sunt diuitie spiritus, sicut apostolus scribit ad Corin. In omnibus diuites facti estis. De quibus in euangelio Lucae sic est omnis qui sibi thesaurizat, & non est ante deum diues, & Pe. Interior cordis homo qui est in conspectu dei locuples, & Pau. precipit diuitibus huius seculi, vt sint diuites in operibus bonis, & sicut dicit Beda. Veniale peccatum meritum nec tollit nec diminuit, & Hierony. ij. aduersus pelagianos de Iosophat rege loquens. Ne putemus preteritas iustitias hoc peccato & increpatione prophetica fuisse deleras. Ite infra in quibus isda peccauit & idcirco iustus esse desijt, sed hoc scriptura non loquitur. Non enim in eo quod parua peccauit iustitiae nomen amisit, sed ex eo quod multa bona fecit iusti vocabulum possidet. Non igitur propter venialia peccata, sine quibus haec vita non ducit, & propter quod sancti dicuntur imperfecta habere iustitiam euacuante in sanctis diuitiae interioris hominis, & thesaurum non solum quem sibi in caelo thesaurizauerunt, sed etiam thesaurus qui filijs dicit Pau. patentes debere thesaurizare, hoc est uterque bonorum operum valor manet saluus tam comunicabilis quam incommunicabilis id quod Hiero. ostendit de Dauid, Iosophat, Ezechia, libro supra allegato.

Deinceps videndum est ad quem spectet dicti thesauri dispensatio, & quibus atque pro quibus causis fieri debeat, & occurrat illud Matthaei. xxiiij. Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.

Hic habes quod seruus fidelis & prudens ponit supra conseruos qui intelliguntur nomine familie, vt sit dispensator, qui dispenseret eis mensuram tritici. Et attende quod addit ibi in tempore hoc est oportune, ad hoc enim familiae domini sui proponitur, vt illi superintendant, non vt illius domineat. Hoc enim significat nomen episcopi, quod latine significat superintendens. Proponit enim ipse seruus conseruis tanquam economus, aut dispensator vel seruus attrientis, & quis ab initio sicut inquit Hiero. Episcopi & presbyteri indifferenter dicerentur, quod vnum nomen sit aetatis, alterum officij. Vnde & apostolus describens, episcopum sub officij nomine intelligit omnem presbyterum, statim ab episcopo transiens ad dia-

ad diaconos tamē verius arbitror rem ipsam ab initio fuisse
diuersam & episcopi potestatē etiā ordinis fuisse maiorē, id
quod colligitur ex Dionysio, & epistolis beati Ignacii quo-
rum alter Pauli, alter Ioannis euangelistae discipulus fuit qđ
pro nunc supponatur.

Verius etiā puto qđ iure diuino totius ecclesiae catholice
cura beato Pe. & suis successoribus credita sit, vt omnes gra-
dus & dignitates in corpore ecclesiae decētissimo ordine p
patriarchas, & archiepiscopos, vsq; ad vltimū episcopū dispo-
nerentur, saluis vnicuiq; suis iuribus, qđ diu non esset abusus
quē corrigere haberet immediatus superior, de quo etiā hic
nō est locus lauius & exactius tractādi, alias fortasse oportu-
nitate habita lauius disputabitur. Interim teneo id quod sen-
tit Augu. quod Leo primus & doctus & sanctus & Chry.
& magnus Greg. & diuus Bernardus a qbus colūnis quo-
rūlibet argumētis nō facile diuelli possum. Hi omnes sumūt
argumentū eo qđ Pe. dictū sit. Tibi dabo clauēs & c. Et ego
pro te rogauī petre, vt nō deficiat fides tua, & quod ei speci-
aliter dictū est. Pisce oues meas quibus locis licet Christus
ecclesiasticā commēdet vnitatē, & in Pe. quēlibet episcopū
instruat, tamē non est visum ociosum qđ Christus ad Pe. ser-
monē direxerit, quod & Pe. & ceteri domini apostoli intel-
lexerūt maxime post aduentum spiritus sancti. Hinc venit qđ
Pe. in electione Matthiae verbū facit, accepto spiritu primus
prædicat. In concilio apostolorū cōcludit, in cathedra antio-
chie se eleuari permittit, a Pau. hierosolymis visitatur, cū quo
Pau. orbe peragrato diuino iussu cōfert euāgeliū, quod præ-
dicabat in gētibus. Id quoq; arbitror diuinitus prouisum qđ
in eadē vrbē sederint Pe. & Pau. atq; eandē sacro cruore se-
dem honorauerūt ne diuisionis spiritus occasionem sumeret
diuidēdi Christi tunicā inconsutilē si Pe. & Pau. sederent aut
paterētur locis diuersis. Voluit itaq; dominus ecclesiā suam
vnā esse, atq; in vno mortali episcopo coniūgi, propter quod
puto diuū Cypri. dicere qđ vniuersalis ecclesiae sit vnus epis-
copatus, sed diuersi episcopi. Venias itaq; facere cuiuslibet
episcopi est secundū ordinē sibi diuinitus traditū, sed princi-
paliter

paliter eius qui Petri sedem administrat.

Videamus igitur de veniarum vsu recto, & loquamur pro tempore quo canones pœnitētiales sanctorum patrum & sacrorum conciliorum vigeant, quibus tanquam regulis vti tenebantur sacerdotes & episcopi, dum pœnitētes ad pœnitentiā reciperēt salua vnicuiq; episcopo prudēti moderatione & fideli iuxta temporis loci, & personæ conditionē. Primum igitur pertinet ad venias canonū in toto vel in parte relaxatio, quæ cum nihil aliud sit, q̄ quædam dispensatio, & dispensatio nihil sit aliud, q̄ iuris communis, ex causa quo ad aliquem vel aliquos pro loco & tempore relaxatio, potest esse rectus vsus in multis casibus emergentibus, vt verbi gratia, pro salute animæ pœnitentis, sicut de domino scriptum est. Calamum quassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet, & apostolus vult Corinthium consolari & cōfirmari ne abundantiori tristitia absorbeat. Hinc dicit Criso. Melius est sacerdotes de misericordia, q̄ de crudelitate iudicari, & q̄ non debet esse tenax dispēsator, cuius dominus est misericors. Secundo quia sicut dicit Augu. xxi. de ciuitate cap. xvi. Paucissimi sunt tantæ felicitatis, vt ab ipsa ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata committāt vel in flagitijs, vel in facinoribus, vel in nefarie cuiusquā impietatis errore, sæpe contingebat aliquos rei publicæ in spiritualibus, aut temporalibus necessariis, receptos esse ad pœnitentiā iuxta qualitatem criminis diuturnā, aut quandoq; perpetuam, propter quam arcebantur, aut a militia, aut a matrimonio, aut ab administratione alia ecclesiastica, rationabiliter episcopus poterat tempus a canone diffinitum contrahere. Item, in. cum emergit communis persecutio Christianorum, potest & debet fieri reconciliatio, vt fideles muniti sacramentis paratiores, & instructiores ad nominis Christi confessionem reddantur, vt inquit Cypri. Item tempore cōmunis spiritualis lætitiæ, vt cum dedicatur altare, vel basilica vbi est signū illius dedicationis futurę in generali resu. rectorie illius domus, quæ nunc ex viuis lapidibus edificatur, vt pœnitentes tanq; ad eandem festiuitatem pertinentes aliquid so-

lacij reciperent. Item propter aetatem senilem aut iuuenilem aut ratione sexus, aut dignitatis fieri potest poenae canonicae in toto vel in parte commutatio aut relaxatio, & in graui aegritudine, aut mortis periculo poenitentia non est imponenda, sed ut dicit Theodorus quandoque solum innotescenda, ut amicorum suffragijs curent iuari, qui per seipsos non possunt. Item secundum quantitatem, & feruorem doloris poenitentium breuiari vel extendi debent tempora poenitentiae ut in enchiridio dicit Aug. quod in poenitentia considerari debet magis quantitas doloris quam temporis. Istitis vero omnibus celsantibus tenebatur episcopus sequi regulas canonum poenitentialium, ut habetur in cap. Falsas quod est Greg. de poenitentia d. v. Vnde cum Mar. dicat certissimum esse atque verissimum quod generale concilium sit supra papam, consequenter dicere debuit eum esse subiectum patrum regulis, & generalis concilij canonibus, & per consequens non potuit recte dicere, quod papa possit indifferenter omnes poenas canonicas tollere, & quod nulla ad hoc alia causa requiratur, quam Romani episcopi voluntas.

Secundo potest episcopus poenam deo debitam, quae facta contritione & confessione soluenda restat non ex impositione sacerdotis in parte vel in toto ex rationabili causa condonare, sed non pro arbitrio suo absque causa rationabili ex parte poenitentis vel boni communis, hoc patet auctoritate apostoli dicitis. Et ego quod donauimus, si quid donauimus propter vos in persona Christi, ut non circumueniamur a sathana, non enim ignoramus cogitationes eius. Hic attende quod multis circumstantijs suam donationem vestit apostolus. In primis dicit propter vos ubi notatur aliorum edificatio, boni communis & diuini honoris promotio. Deinde addit, ut non circumueniamur a sathana, ubi notatur maioris mali euitatio. Postremo cum addit in persona Christi, ubi notatur, quod in Christi virtute & potentia atque eadem intentione faciat remissionem qua facit Christus. Taliter enim apostolis & eorum successoribus in edificationem, & non destructionem potestas data est ad relaxandum vel commutandum obligationem, quae deo quesita est ex voto, iuramento
vel de

vel delicto, in quo semper debet vigilanter attendere seruis
dispensator duas conditiones quas dominus requirit fide sci-
licet & prudentiam, & nihil agat priuata voluntate alias ineffi-
caciter conabitur, & grauitur offendet. vnde Greg. Si is qui
prelatus est debitori dominico impune dimittit non medio-
criter profecto offendit, qui debita coelestis regis & domini
sua praesumptione resoluit, ea namque, quae in nos committun-
tur facile possumus dimittere, ea vero quae in deum commis-
sa sunt, cum magna discretionem, & non sine poenitentia pos-
sumus relaxare. Vnde miror quid Marti, venerit in mentem
qui cum putet papam indifferentem vel gratis vota posse re-
laxare, ad quae tamen soluenda iure diuino tenentur voten-
tes iuxta illud. Vouete & reddite, & illud. Si quid voueris,
ne moreris reddere, displicet enim deo infidelis, & stulta pro-
missio. Ipse tamen putat impium esse & blasphemum, si quis
dicat quod Episcopus possit obligationem poenae tollere, quae
ex diuina iustitia debetur. Debuisset enim aduertere, quod si in
isto praedudicetur iuri diuino similiter & in illo, & si in illo
non praedudicatur ita nec in isto.

Et per hoc soluitur argumentum, quo argumentantur
quidam, Si papa potest animam liberare a poena in purgato-
rio soluenda, cur non omnes liberat? cum id videatur exige-
re charitas. Similiter enim quaeretur, cur eas dominus de-
us non liberat? Nam quod deus possit dubitare dementis est,
potest & a tormentis aeternis diabolum eripere, sed non vult,
ac sine summe bonitatis, charitatis, & clementiae, detrimento
& praedudicio id non vult, absit enim vt dicamus quod CHRI-
STO clementior fuerit Origenes, qui vsque ad diaboli libe-
rationem diuinam conatus est extrudere clementiam, sacer-
dos igitur maxime niti debet ad CHRISTI simili-
tudinem atque ad diuinum habitum, qui memor suae fra-
gilitatis magis sit ad clementiam propensus, sed secun-
dum regulas diuinitus sibi traditas alias auditurus a do-
mino, quia repulisti scientiam repellam te ne sacerdotio fun-
garis mihi.

Mihi tamen sine praedudicio melioris sententiae probabilius

apparet hominem mortalem nullam habere potestatem iu-
uandi animas a corpore separatas, nisi per viam supplicatio-
nis orando iudicem, ad cuius tribunal animæ sistuntur, aut
iudici aliquid offerendo per viam recōpensationis, sicut pro
fidelibus defunctis orat ecclesia, & Christo altaris, ieiuniorū,
& eleemosynarum offert sacrificia, quibus certum est pro-
pter vnionem diuini amoris, quo in vno Christi corpore cum
ecclesia militante copulantur, eas iuuari, quādo sic etiam ad
implent fideles viatores legem Christi, alter alterius onera
portantes. Sed per viam potestatis nihil in eas posse videtur
homines, q̄ iudicio eorū per mortem subductę sunt, & cau-
sa earum vocata ad tribunal superius, vbi supplicare vel satis-
factionem offerre potest communis amicus, tam rei q̄ iudi-
cis, sed in arbitrio iudicis crit, an acceptare velit nec ne, vnde
Leo papa epistola, lxxix, loquens de receptis ad poenitentia,
qui reconciliationem morte praeueniunt dicit, Si autem ali-
quis eorum, pro quibus domino supplicamus, quocunq; in-
terceptus obstaculo a munere indulgentiæ presentis excide-
rit, & priusquā ad constituta remedia perueniret tempora-
lem vitam humana conditione finierit, quod manens in cor-
pore non recepit, consequi exutus carne non poterit, nec ne-
cesse est nos eorum qui sic obierint merita actusq; discute-
re, cum dominus deus noster, cutus iudicia nequeunt cōpre-
hendi, quod sacerdotale ministerium implere non potuit sue
iustitiæ referuauerit, ita potestatem suam timeri volēs, vt hic
terror omnibus proffit, & quod quibusdam tepidis & neg-
ligentibus accidit nemo non metuat, Multum enim vile &
necessarium est, vt peccatorū reatus ante vltimum diem sa-
cerdotali supplicatione soluatur.

Hic nota q̄ quous Leo loqui videatur de reatu æternæ dā-
nationis, qui post mortem solui non potest, tamen ratio eius
procedere videtur, de reatu poenæ temporalis, quæ veniali,
aut dimisso mortali remanet soluenda, Vbi fac vim in eo, qđ
dicit priusquam ad constituta remedia perueniret, Remedia
enim auferendi reatus diuinitus constituta, sacramenta sunt,
Baptismus, poenitentia, cōmuniō, extrema vnctio, bona ope-
ra poe

ra poenalia, igitur reatus, qui per remedia hominis ministerio in vita non est ablati, post mortem auferri non potest, etiam si inter diuinitus instituta remedia, donatione ab episcopo factam secundum potestatem sibi traditam in edificationem qua donat vel relaxat deo debita numeremus, eadem videtur esse ratio.

Nota etiam quod addit, non est necesse eorum qui sic obierunt merita actusque discutere, cum dominus deus quod sacerdotale ministerium implere non potuit, suae iustitiae reseruauerit.

Hic habes quod per ministerium sacerdotale in vita non soluitur, censetur diuino iudicio & rigori iustitiae reseruatum.

Dices fortasse nihil praedicti diuinae iustitiae fiet, si Christo ex communi meritorum thesauro satisfiat, nihil enim referre videtur unde fiat solutio modo satisfiat.

Respondet cum thesaurus ille ipsius Christi sit, videndum est, an pro illo quod hic (ubi misericordiae sinus apertus est, & fons patens domui israel) negligenter omissum est, Christus sibi solui velit, aut insolutum accipere pro eo maxime, qui non audiuit suadentem iudicem, ut concordaret cum inimico dum esset in via, cui metuendum est quod sequitur, Ne aduersarius eum tradat iudici, & iudex ministro, & mittatur in carcerem nec sit inde exiturus donec soluat nouissimum quadrantem, & fortasse illi qui de communi pro isto offert Christus dicitur est, Conclufum est in causa, functus officio tuo, si vis hunc iuuare de tuo opus est donec, id quod fecit Gregori. pro Traiano, si vera est narratio.

Pro isto facit quod dicit diuus Cyprianus lib. iij. epistolarum, epistola secunda loquens de lapsis ante mortem confessis & ecclesiae reconciliatis inter cetera dicit, Aliud est ad veniam stare, Aliud ad gloriam peruenire, Aliud est missum in carcerem non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem, Aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem, Aliud est pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne, Aliud est peccata omnia passione purgare, Aliud denique pendere in die iudicii ad sententiam domini, Ali-

ni, Aliud statim a domino coronari.

Hic vides ex gloriosissimi martyris Cypria, sententia ab eis, qui post mortem purgatur exigi vltimum quadrantem atq; eos pendere ad sententiam iudicis, pro qua sententia ad clementiam flectenda pia sanctorum oratio, siue viatorum, siue comprehensorum indubitanter valet, & fidelium viatorum pia opera ad eum finem directa suffragantur eisdem. Et hoc ego arbitror doctores velle dicere cum indulgentias animabus prodesse posse dicunt per modum suffragij, quod salua ecclesiae determinatione dictum sit.

Ut autem videamus qualiter ventum sit vsq; ad thesaurum meritorum Christi & sanctorum per venias communi candum, sine prauidicio melioris sententiae mihi videtur qd sancti patres qui in toto iam orbe diffusa ecclesia multiplicatis peccatis & poenitentibus publice venias dare ceperunt (nam priuatim in singulis episcopalibus ecclesijs iuxta modum in principio dictum ab initio fuisse credendum est.) Primum ad solam poenae canonicae relaxationem aspexerunt, sed postea successu temporum, vt fieri solet cum ipsa res coepit multiplicari, & propterea diligentius ventilari atq; tractari perpenderunt episcopi, & ecclesiastici patres huiusmodi relaxationes non posse publice, & passim frequentari citra ecclesiasticae discipline prauidicium, & citra damnum spirituale animarum, quodq; deo prauidicaretur, si in vim satisfactionis & emendae debita, sine decenti recompensatione laxarentur. Hinc nati sunt canones per concilia generalia, quibus coereetur episcoporum licentia & certus modus ponitur dandi relaxationem poenitentibus. Tunc direxerunt sancti patres oculum, vt prudenter occurrerent his inconuenientibus, vt opera poenalia secundum poenitentiales canones debita, & per sacerdotes receptis ad poenitentiam imposita, in alia opera minus onerosa, aequae tamen vel magis deo grata commutarent, vt si alicui diuiti loco rigorosae poenitentiae aliquot annorum concedatur, vt hospitale pauperum vel infirmorum instituat, monasterium construat, basilicam populo Christiano necessariam vel vtilem erigat, aut
suis

suis facultatibus barbaros a Christianorum oppressione co-
erceat. Tunc enim laxabatur poenae canonica rigor, & illius
dabatur venia, vel indulgentia, eo pacto vt non tantum poe-
na canonica tolleretur, sed etiam domino satisficeret de poe-
na secundum diuinam iustitiam debita, in quo & honori dei,
& communi vtilitati, spiritu i prospiciebatur. Hinc nate vi-
dentur indulgentiae cruciatae et date constructibus, aut o-
pem ferentibus hospitalibus, fabricis ecclesiarum, & alijs pi-
is locis.

Tandem considerantes anni iubelei diuinitus in lege ve-
teri ordinati conditiones, & naturam in quo debita laxaban-
tur, seruis libertas reddebatur, possessiones & haereditates pri-
us alienatae ad suos dominos reuertebantur, absq; condigna
vel equiualemti recompensatione, in quo significabantur ex-
hibita per aduentum Christi in carnem, qui venit predicare
annum acceptabilem domino captiuis redemptionem &c.,
vt ipse testatur Lucae, iij. Attendentes etiam ad sabbata ter-
rae, in quibus sponte nascentia in agris diuinitus iussu diui-
no pauperibus, aduenis, & peregrinis, relinquebantur. Vi-
sum est patribus & pontificibus non esse irrationabile neq;
ociosum, sed diuinis literis consonum, q; in anno benigni-
tatis domini specialis gratia fieret, qua spiritualiter grauati
aere alieno liberarentur, seruis poene libertas redderetur, &
in bonis spiritualibus pauperes de spiritualium diuinitus a-
gris colligerent sponte nascentia, & voluntarie communica-
ta. Hinc nate sunt remissiones anni centesimi aut quinquage-
simi in quibus ex toto orbe terrarum concursus fiebat ad li-
mina Petri & Pau. vbi ex comuni thesauro meritoru Christi
& sanctoru peruentu est vsq; ad plenariam remissionem, quae
quia raro fiebat, & ex causis pijs, res omnibus visa est tolera-
bilis, sed paulatim eo vsq; deuentum est, vt poenitentiales ca-
nones arbitrio sacerdotu relinquerentur, & sic tandem desi-
erunt esse in vsu, sicut & poenitentia solenis, & poenitentia pub-
lica, & nihilominus remansit modus secundu verba, qui ab
initio fuerat in venijs & indulgentijs, vt in eis adhuc dies &
anni numerarentur, quibus alia esset mens & intentio tam co-
cedenti

cedentium q̄ recipientium, vnde non valet consequentia, ve-
nia in initio nihil aliud fuit q̄ p̄enę canonicę relaxatio, ergo
etiã nũc nihil aliud sub noie venię vel indulgētię cõprehēdi-
tur. Sape em̄ remanēt eadē noia rebus mutatis aut augmēta-
tis, sicut hodie in ecclesiasticis constitutionibus, & regulis
aliud significat nomen abbas q̄ tēporibus Hilarionis & An-
thonij, & hodie aliud intelligitur cum dicitur protonotarius
q̄ initio cum tales notarij crearētur. Et iniuria crederetur fie-
ri Imperatori hodie, si nomine imperatoris nihil aliud intelli-
geretur q̄ initio fuit. Quemadmodum igitur in istis aliquid
sub nomine comprehenditur, quod initio sub nomine non
fuit comprehensum vndecunq; hoc factum sit. Ita sub nomi-
ne venię vel indulgentiã aliud intelligi potest q̄ ab initio fu-
it. Quod vel ex eo patet, quia initio p̄nitentes excludebã-
tur a templo, cum peruentum erat ad offertorium, ne vide-
rent oblationem, vt testis est Dionysius. Posteriori vero ata-
te datę sunt venię a p̄ntificibus & concilijs generalibus, ijs
qui missę interfunt in certis sanctorum solemnitatibus, vt sa-
cramenti, cum dantes & accipientes, non lateret non solere
amplius p̄nitentibus, tot dies vel annos iuxta formam ca-
nonum p̄nitentialium imponi confellis, neq; canones liga-
re eos quibus non fuerint per sacerdotem impositi. Igitur
aliud acceperunt sub nomine venię, quam relaxationem p̄-
nã canonicę, scilicet remissionem p̄nã restantis, peccatis
quo ad culpam & p̄nam æternam deletis, aut communi-
cationem meritorũ Christi & sanctorũ ex cõmuni thesauro;
Quod si dicas & nomen & res ad nimietatē & abusum de-
uoluta sunt. Ex more rerum humanarũ id accidit, neq; est pe-
culiare indulgentijs. Quæcunq; enim vtiliter tradita, aut hu-
manitus inuenta facile labuntur ad excessum, vt experien-
tia notum est, q̄ si quis peritus artifex huic malo possit, &
velit adhibere remediũ, vsum reducat, abusum tollat, idq;
sine p̄iudicio veritatis, omnino enim verissimum est quod
inquit Aristoteles. Sermones veros multum ad vitam con-
ducere, qui vero id non potest melius rem intactã relinquet.

Dices

Dices thesaurus meritorum Christi non est ociosus, sed semper operatur salutem electorum.

Solutio sicut ciuitatis thesaurus non est ociosus, quous non nisi per certas personas pro certis causis, & certo tempore dispensetur. Similiter est de thesauro meritorum Christi, non solum quo ad vim satisfactoriam, sed etiam quantum ad vim qua meruit sua morte omnibus hominibus primam gratiam, & liberationem ab originali, vnde August. in responsione ad quosdam articulos sibi falso impositos capitu. i. dicit quod ad magnitudinem & potentiam precij, & quod ad vnam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi, sed qui hoc saeculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseunt redemptionis alieni sunt, & infra, cuius mors non impensa est humano generi, vt ad redemptionem eius, etiam qui regenerandi non erant pertinerent, sed ita quod per vnicum exemplum gestum est pro vniuersis, per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra, & virtute diuina, habet quidem in se, vt omnibus prosit, sed si non bibitur, non proficit.


Hic vides quod omnium hominum precium, & medicina non valet, nisi quibus applicatur, quae quidem applicatio fit per homines, & non quoslibet indifferenter, sed certo ordine insignitos, quare similiter dici non potest, quod illud idem precium iam Christo incorporatis per gratiam aliquo alio modo proficiat quibus applicatur, & non alijs. Operatur enim Christi meritum, non solum in sacramento baptismatis, sed etiam in alijs sacramentis. Non est igitur mirabile, si seruus fidelis & prudens huius dominici tritici, quod est a poena in purgatorio sustinenda, aut in praesenti vita redimenda liberatio det conseruis in oportunitate mensuram, & imitetur dominum suum qui turbas refecturus specialiter attendit, quod quidam illorum de longe venerunt, Illi secundum Greg. in ezechielem de longe veniunt, qui multis & magnis peccatis grauati conuertuntur.


Nec est vile vel indignum, si preciosissima mors Christi temporali

temporalibus poenis detergendis applicetur. Multo enim in
digniora & viliora sunt peccata. Imo nihil vile est nisi pecca-
tum, cui tamen delendo filij dei mors impensa est. Mortuus
est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustifi-
cationem nostram, q̄ si quis huius remissionis poenę auidus
spirituali quadam avaritia sitiens ad deum fontem vitium q̄
citissime peruenire intendat pro operibus pro quibus venię
conceduntur, nihil detrahare videtur dignitati meriti sui eo
siquidem impellit charitas, qua secundum Augu. primo de
doctrina Christiana, quanto pleniores sumus, tanto hanc pe-
regrinationem tolerabilius ferimus, & ardentius finire cupi-
mus. Vnde mirum est, quare Mar. tantopere stomachetur in
quosdam dicentes venias esse meritorias intelligētes hoc de
opere bono, pro quo veniæ dantur, cum ipse Marti. sibi per-
mittat vt excommunicationem iniustam pulcherrimum me-
ritum liceat appellare, cum tamen iniustam sententiã ferēs
peccet, & is in quem fertur sola patientia iniustæ lętionis me-
reatur. In veniis autem fidelis & prudens dispensator mere-
tur, & qui recipit opere pro quo dantur etiam meretur.

Impressum Antuerpię per Michaelē Hillenū
Sub intersignio Rapi. Anno M, D, XXI.
viiij, die Maij,


*Annumeror Bibliothecę Fratrum Capucinarū
Paderborne . . .*








H
S
C














Th
1505